



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Liber primus ab adue[n]tu domini vsq[ue] ad eius natiuitate[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Reuerendissimi patris

domini Petri de naralsibus veneri episcopi equilini catalogi
sanctorum opus feliciter incipit.

Liber primus ab aduentu domini vsq ad eius natiuitate.
De aduentu domini in carnem. Cap. i.

Duētus domini genera



lis duplex ab ecclesia colitur. Primus ad
saluandū. Secūdus ad iudicandū. Primus
de preterito celebratur. Secūdus de futu
ro formidatur. De primo Luc. fix. Venit
filius hominis querere et saluum facere:
quod perierat. De secūdo Esa. ij. Dominus
ad iudicium veniet cum senatōib⁹ populi.
Aduentus ergo in carnem: qui fuit ad
saluandum quattuor agitur septimanis:
pp̄ter causam superius assignatam: quia
sc̄s ipsum aduentum christi precesserūt le

gis naturalis inspiratio: circūcisionis indicio: legis scripte impositio: et
prophetie attestatio: que oia in quattuor dominicis: vt superius ponit:
figuratur. Circa aduentū autē ad saluandū duo videnda sunt: sc̄s adue
nendi oportunitas: et aduentus vtilitas. Oportunitas ostendit. Pri
mo ex parte hominis qui conuictus fuit: primo de malicia tempore legis
naturalis: quia cum ipsa lex iuberet proximū non ledere: primogenitus
ade caim abel fratrem innocentē occidit. Secūdo de ignorantia tpe circū
cisionis: quādo videlicet homo idolatrans in pessimos errores decidit.
nam et tūc tēporis idolatria incepit. Tertio de impotentia legis scripte
que quidem lex in gum imporrabile et mandatu homini fragili impossibi
le imposuit. Oportune ergo filius dei venit: quando homo de malicia:
ignorantia: et impotentia conuictus fuit: ne si anteuenisset: homo medici
ne gratus non fuisset. Ipse etiā veniens sua potentia hominis impoten
tiam subleuauit: sua sapientia ignorantiaz illustrauit: suaq̄ gratia mali
ciam expugnauit. Secundo ex parte temporis: quia vbi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum etc. Gal. vii. quod quidem tēpus adimple
tum fuit per quattuor premissa: que aduentū dominicū p̄cesserunt. Luz
em̄ vidit dei filium hominē nec lege nature: nec circūcisionis signaculo:
nec lege scripta: nec prophetarū oraculis a peccato liberari posse: desce
dit conferre gratiam: in qua nos deo gratificās a peccato redemit. Ter
tio ex parte vulneris et morbi vniuersalis. Nam cum morbus erat vniuer
salis opportunū fuit vniuersalē adhibere medelā. Etenim ante aduentum
christi eramus ignorantes siue ceci: penes eternis obligati: serui diabo



li: mala peccati consuetudine vincit: in tenebris obvoluit: exules a patria expulsi. Ideo: egessimus doctore: redemptore: liberatore: eductore: illuminatore: et salvatore. Hec autem omnia in vij. antiphonis maioribus habentur. que cantantur ante xpi natiuitate ostenduntur. In prima dicit: veni ad docendum nos via prudentie. In secunda: veni ad redimendum nos in brachio extenso. In tertia: veni ad liberandum nos si non carere. In quarta: veni et educ vici de domo carceris etc. In quinta: veni et illumina cedentes in tenebris etc. In sexta: veni salva hominem: et hoc in persona gētiū: quia illa antiphona incipit. O rex gentium. In septima vero clamatur pro salute iudeorum: quibus deus dederat legem: ideo incipit. O emanuel rex et legislator noster. et infra: veni ad salvandum nos etc. Utilitas autem ipsius adventus patet luc. vij. ubi se missum testatur dicens. Spiritus dñi super me etc. Ad pauperum consolationem. Ad contritorum sanationem. Ad captivorum liberationem. Ad indoctorum instructionem. Ad peccatorum remissionem. Ad humani generis redemptionem. Et ad meritorum retributionem. Hec omnia originaliter prophetantur de xpo Esa. lxi. Augustinus autem ponit alias utilitates dicens: quod xps more mercatoris ventens dedit et accepit. Accepit: quod hic abundat. scilicet nasci: mori: et laborare. Dedit renasci: resurgere et in eternum regnare. Bernardus insuper ponit tres utilitates supra tactas dicens: quod necessarius fuit nobis salvatoris adventus: ut in nobis per fidem habitas illuminet cecitatem nostram: et nobiscum manens adiuvet infirmitatem nostram: et pro nobis stans propugnet: et purget iniquitatem nostram.

De adventu dñi ad iudicium. Cap. ij.



Adventus

Adventus dñi ad iudicium: sicut et adventus in carnem quattuor agit septimanis: eo quod et ipsum adventum sicut et primus quattuor tempora precedere debent. Primum fuit tempus apostolorum: in quo fuit persecutio iudeorum: qui christum ecclesie caput primo in seipso deinde in suis apostolis persecuti sunt: et duravit usque ad tempora neronis imperatoris. Secundum fuit tempus martyrum: in quo fuit persecutio paganorum a Nerone primo christianorum persecutore usque ad Constantinum augustum. Tertium fuit tempus doctorum: in quo fuit persecutio hereticorum a Constantino imperatore usque ad karolum magnum. Quartum est tempus confessorum in quo ad presens sumus a karolo magno usque ad antichristum. Et notandum: quod ecclesia in adventu domini quedam cantica leticie canit: ut alle-

luja: et hoc propter primi adventus consolatio nem: quedam vero deponit: ut Te deum laudamus. et Gloria in excelsis. propter secundi adventus trepidationem. Circa secundum adventum duo videnda sunt: scilicet antecedentia iudicium et concomitantia. Antecedentia sunt tria: scilicet signa terribilia: antichristi fallacia: et ignis vespemertia. Signa terribilia ponunt luc. xij. Erunt signa in sole etc. quod apoca. vi. declarat. Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: et luna facta est sicut sanguis: et stelle celi ceciderunt super terram: quod ad litteram de eclipsi solis et lune: et de super abundantia intelligi potest: vel metaphisice de imperio romano eclipsato: et ecclesia sanguine innocentium maculata: et de predictatoribus de celo ecclesie cadentibus propter errores potest exponi. Hieronymus autem in annalibus hebreorum invenit quindecim signa iudicium precedentia: sed vtrum continua an interpolata non expressit. Prima die mare se erigat. xl. cubitis super montes stans in loco suo quasi murus. Secunda die tantum descendit: quod vix possit videri. Tertia marine belue apparentes super mare dabunt magnum usque ad celum. Quarta ardebit mare et aqua. Quinta arbores et herbe dabunt rorem sanguinis volatilibus congregatis in capis. Sexta ruent edificia: et flumen ignis ab occasu usque ad orientem contra celum exurget. Septima petre ad invicem collidentur et scident. Octava erit generalis terremotus: ita ut nullum animal stare possit. Nona motes solo equabunt. Decima exibunt homines de cavernis et velut amentes ibunt: nec loqui poterunt. Undecima ossa mortuorum super sepultura colligentur. Duodecima stelle ex se igneas comas emittent: animalibus cunctis in campis sponte coegregatis. Decimatercia morientur viventes: ut cum mortuis resurgant. Decima quarta ardebit celi et terra. Decima quinta fiet celi novum et terranova: et resurgent omnes. Antichristi autem fallacia fiet quattuor modis. Primo per callidam suasionem et falsam scripturarum opinionem. Nitetur enim ex scriptura ostendere se messiam in lege promissum: et legem xpi destruet. ps. Constitute domine legislatores super eos. Blosa. i. antichristum legis prave lato: ex. Secundo per miraculosa operationem. secunda Thessa. ij. Eius adventus secundum operationem sathane in omnibus virtutibus et signis et prodigiis mendacibus. Tertio per donorum largitionem. dan. xij. Dabit eis potestates in multis: et terram dividet gratis: quod glosa de antichristo exponit. Quarto per tormentorum illationem. dan. viij. supra quod credi potest: vivet sa vastabit. Ignis autem vehementia dñi premitteret. Primo propter mundi innovationem: quod purgabit et renovabit elementa. Secundo propter hominum purgationem: ut sit tunc bonis vivitibus in locum purgatorum. Tertio propter maiorem

maloz damnationē et sanctorū illuminationem: quia s̄m Basil. Deus facta mundi purgatione in igne illo diuidit calorē a splendore: et totū calorē mittet ad regionē damnatorū: et amplius crucient: et totū splendore ad regionē bonoz: et amplius iocundent. **C**oncomitantia autē iudiciorū erunt octo. Primo est disceptatio iudicis. Jobel. iij. Congregabo oēs gētes in vallem iofaphar: et disceptabo cū eis. statuet enim oues a dextris: hedos autē a sinistris: et cum eis disceptabit: vt dicit Matth. xxv. **S**ecūdo est disceptatio ordinis: nam in iudicio illo. Quidā iudicant et pereunt: sicut mali xpiani quibz dicef. **E**furiū: et nō dedistis mihi māducare etc. Quidā nō iudicant et pereunt: sicut infideles. de quibus dicef. qui nō credidit tam iudicatus est. Quidā iudicant et regnāt: sicut iusti quibz dicef. **E**furiū: et dedistis mihi māducare. Quidā nō iudicant et regnāt: sicut apostoli quibz pmittit: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. i. iudicantē assistentes et sententiam approbantes: et hoc fiet eis: ppter ipsorū honorem: ppter sententię confirmationē: et maloz reprobatōnē. Tertiu erit insignia passionis. s. cruc: clauis. et cicatrices in corpore: vnde cantat ecclesia: hoc signū crucis erit in celo cum dñs ad iudicandū venerit: et hoc faciet xps ad ostētionem sue victorie: vt ostendat signa in quibus triumphauit. Ad declarationē sue misericordie: vt ostendat qualiter boni misericorditer saluantur. **E**t sic iusticie: vt ostēdat qualiter prauī iuste damnant. **Q**uartum erit seueritas iudicatis: non enim fietur timore: cum sit omnipotens: nec odio vel amore cum sit iustus: nec errore: cū sit sapientissim⁹. ps. Deus iudex iustus fortis et patiens. i. sapiens: quia qui patēs est: multa gubernatur sapiētia. **Q**uintū erit accusatio horribilis. habebit enim homo accusatores. **P**rimo diabolū. Apoca. xij. **P**rosecutus est accusator fratrum nostrorum etc. **S**ecundo propriū vitium. Sap. iij. **V**entent in cognitionem peccatorū suoz: et traduent illos ex aduerso iniquitates eoz. **T**ertio totum mundū. **B**reuis. **S**i queris quis te accuset: dico totus mundus qui offendit creatore offenso. **S**extum erit testis infallibilis. habebit enim peccator tres testes. vnū supra se: scz deum qui est iudex et testis. **D**icere. **R**ix. **A**lium intra se: scz propriam conscientiam. **T**ertium intra se: scz propriū angelum. **S**eptimū erit artatio peccatoris: de quo Gregorius. **L**atere inquit erit impossibile apparere intolerabile. **O**ctauū erit sententiā irrevocabilis. Nam tribus ex causis appellatio nō recipit. **P**rimo ppter iudicis excellentias. vñ non appellat a sententiā pape vel imperatoris: qz nō hz supiorē. **S**ecūdo ppter crīmīnis euidentiā. Nā in crimine notorio nō potest appellari. **T**ertio ppter rē nō differendā: vt est in sententiā capitali: q nō exigit dilatonē: sed statim ex

quit. **P**ropter hec tria xpi sententiā irrevocabilis erit. qz nec supiorē hz: et oīa ibi notoria erūt et nihil qd ibi agef: dilatonē patiet. **O**mnia enim fient in momento: in seruo oculi etc.

De aduentu dñi in specialit Cap. iij.



Aduentus domini specialis duplex est. **P**rim⁹ in mente ad sanctificandus. de quo Job. xiiij. **A**d eū veniemus: et mātionē apud eū faciemus. **S**ecūdo in morte ad premiandū: de quo Lu. xij. **E**t vos estote parati: quia

qua hora nō putatis filius hoīs veniet. **H**ozum duozum aduentū festa quīs ab ecclesia nunq commemorētur: a pluribus tamē deuoti us frequentissime recolluntur.

De sanctis Saturnino et Sisinnio martyribus. Cap. iij.



Saturninus et sisinnius

martyres rome passi sunt sub maximiano imperatore: q rediens de partibus aphtice dum oēs christianos ad afflictionem laboris cōpelleret ad thermas edificandas ad fodiendā harenā: et saturninus iam senex sarce nam ferre nō posset. sisinnius et cyriacus diacones marcelli pape eum iuuabant: vt dicef infra in passione marcelli. xxvij. kalen. feb. **Q**uod dñs maximiano nūciatū fuisset: iussit eos teneri in carcere a laudatio pfecto: qui eos. xvij. diebus carceri mancipauit. **A** quibz multi paganorum cōuersi sunt. **D**einde pfecto p̄sentari saturnin⁹ senex et sisinnius diaconus dñi idola sibi oblata cōminuissent: cōuersi sunt duo milites: papias et mauros: tūc lauditiu iussit saturninū et sisinnū in eculeo leuatos attrahi neruis et fustibus et scorpionibus cedi. **P**apiam hō et maurum se xpianos p̄fiteres ora lapidibus cesos carceri trudi fecit. **S**aturninū hō et sisinnū eculeo depositos decollari mādauit: qui duert via numē rana miliario scdo ab vbe capite celi sunt: qruz corpa tarson cū Johāne p̄byterico sepeliet in predio suo via salariavetere. iij. kalē. decēbris. **De scō saturnino epo et martyre.** Cap. v.



Saturnin⁹ eps

et martyr ab apostolorū discipulis ordinat⁹ est. qui prim⁹ eps rotosane vbi direct⁹ xpm p̄dicauit: et duz seplius iuxta copitolium quod iter domū suā et ecclesiā situs erat: iter ageret: demo

nes a rñis cessabant. Qd dñ gētilēs s̄tute sc̄ti fieri cognouissent: saturninū comp̄hēsus i arce capitolij statuit cōpellentes ad imolādū: q̄ dñ nisi vni deo se imolaturū assereret: fure ab vno capite tauri latera alligātes: q̄ ad imolandum ductus fuerat. ab alio s̄o pedes sancti vincen- tes stimulatim taurum per scalas precipitant. Qui sanctus sibi alligatum post se trahens per capitolij grad̄ eliso capite crebroq̄ ex cussio xp̄i martyrem fecit. Eius corpus occulte propter metum gentiliū due christiane femine sepelie- runt: quod postmodum a successoribus sancti martyris honorifice tumulatum est. passus est autem tempore decij. iij. kalen. decembriis.

De sancto amos egyptio abbate. Cap. vi.



Amos egyptus flo-

ruit tpe. Costantini magni: de q̄ refert Sozomen? p̄mo h̄storie tripartite: q̄ inuit? ipe parētib? cogētib? duxit vxoē: nec tñ eaz exper? fuit. Nā p̄mo die nuptiarū sol? cū sola in thalamo: dñ sibi s̄ginitatē laudaret eā ad s̄ginitatē suadā induxit: vñ r̄ abo s̄ginitatē vouētes i singlis cubilib? separtis dormierit annis xvij. demū cōi voto abinuitē diuisi sunt: ipeq̄ mulieri domū propriā cōcessit: r̄ ad heremū properauit. Atq̄ in mōre nitie. xxiij. annis permāsit heremiticā vitā. ducēs: de quo refert Hieronymus in vitis patrū: q̄ apud thebaidē fuerit pater trium milia monachorū. Dum autē amos cum discipulo suo theodoro sterages ad flumē deuenisset: dum alter alterū nollet nudū videre mādauit discipulo ad horā secedere. Et dñ se s̄p̄m etiā nudū videre paueret: diuina virtute ad aliā partē fluminis translat? est. De quo discipul? trāsicens mirat? qz nec vestē nec pedes infusus haberet aduertit miraculū: adiurat? a magistro: vt illud q̄ dñ viuere nemiñi reuelaret. Hic filiū hois q̄ bonē rapuerat: quē canis radicib? momorderat: postq̄ pater bonē restituit a morzu canis rabidi liberauit. Qd autē latrōes panē quopescēbat eidē auferret: duos dracōes eductos ex antro ad custodiā celle misit. Sed veniētes fures r̄ dracōes vidētes p̄ timore q̄si mortui ceciderūt: q̄s ipe erēs s̄for- tās crexit r̄ ad penitentiā puocauit: optimosq̄ cūctoz monachos effecti. Eodē etiā tpe dñ draco alt? inmanis regionē vastaret r̄ multos pimeret: oblatū sibi puerū ex solo visu bestie et tictū suscitauit: r̄ dracōē oratiōe de atro edu- ctū: in duas pres discerptū occidit. Qui aiā cum gloria ad celum tendētē antonius abbas longe postus vidit r̄ discipulis nūciauit: nota- toq̄ die r̄ hora repertū est amonē eodē tēpore a corpore migrauisse: q̄euit in xp̄isto die. iij. ka- lendas decembriis.

De sancto pafnutio abbate. Cap. viij.



Pafnutius

abbas heremi cul- tor vltimiq; deser- ti in regione heras- clea: cū esset angelice vite ora- nit decum: vt sibi reuelaret cul- sanctorum bene viuentium si- milis haberetur. Qui angel? reuelauit: q̄ similis ipse esset symphoniacō cuiādam in ciuitate cantando victum querenti. Ad quē sc̄tus admirās accessit: r̄ eū repertū secreto de suavi- ta quesuit. Qui r̄ndit se fuisse p̄donē: r̄ ex illo statu ad officiū ioculatoris venisse: nisiq; sibi hoī consecrū: nisi q̄ aliquādo virginē deo conse- cratā a se r̄ collegis raptā: dñ cererī de florare vellēt ab eis eripuit: r̄ noctu eā domū intactaz reduxit. Et alia vice mulierē p̄fuga in heremo repertā: dñ quo tenderet quesuisset: r̄ illa virū cū filiis p̄ficali debito carceratos r̄ flagellis afflictos r̄ndisset se etiā eadē cā p̄quiri ob id qz fugere triduo: sine cibo: pacto asserere: ipse illā ad antrū suū ducēs refecerat: r̄ trecetos so- lidos pro viri r̄ filioz redēptione sibi dederat. Que illo p̄cio dato vix r̄ filios d̄ carcere educe- rat: qd audies pafnuti? r̄ nisiū ferate fecisse p̄ restās dñ sibi a deo reuelata hoī retrulit: ille ab- bate ad heremū secut? i meli? vitā mutauit cui? aiā ab āgelis in cellū deferri post modicū tps sc̄tus cōspexit pafnuti? r̄ iterū idē qd prius q̄rēs a deo sibi reuelari p̄ āgelū edoceret se fo- re simile tali p̄mario ciuitatis. Ad quē sc̄tus ve- niēs eūq; de ipsius sanctitate secrete req̄rēs dē- xit ille se habere vxoē cū q̄ annis triginta cōtrā- nuerat eāq; nūq̄ nisi affectiōe sobolis p̄mis rē- porib? cognouisse: ex qua trib? susceptis filiis abide in castitate p̄māserat: hospite nūq̄ dimi- serat: nec paupere sine cibo vel alia stipe licētia uerat: cōtra iusticiā nūq̄ iudicauerat: r̄ discor- des p̄virib? ad p̄cordiā reduperat: q̄ audies pa- funti? reuelata sibi a deo narrat. Illeg? relicto seculo abbatē ad heremū secut? ē: veniētesq; ad flumē p̄fundū trāsierūt: ita vt vnda vix genuā p̄rigeret. Qui dñ sc̄tus cellā i heremo designat fer: illeg? a vite p̄fectoris apicē ascendisset post modū aiā illi? ad celos deferri ab angelis eidē patri reuelat. Pafnuti? s̄o h̄is a deo petita: tertio quesuit. Qui reuelat ipm esse simile mer- catōi ad se veniētī. Qui supra occurrens nullo ab eo ampl? q̄sito visa r̄ audita narrauit. Itq; stati p̄ famulos mādato vt merces ad vbe decla- tas r̄ cetera sua bona pauperib? erogaret: euz abbate mansit in heremo: qui etiā breuitēpore ad celestia migravit. Pafnutius vero in etres- mis constitut? admonuit fratres: neminē etiā peccatorē vel cuius vis status contēnendū pre- missas tres referens visiones: qui etiā in pace quieuit. iij. kal. decēbris videntib? presbyteris

fratris? atam ei? in celū ab angelis subleuari.
De sancto andrea apostolo. Cap. viij.



Andreas apo

stolus filius iohannis et frater simonis petri de civitate bethsaida galilee: qui primo fuit discipulus iohannis baptiste tribus vicibus a domino vocatus est. Pro ad sui notitiam: quoniam videlicet audivit a iohanne de christo. Ecce agnus dei. et cum alio discipulo secutus iesum: vidit ubi manebat: et mansit apud eum die illo: inveniensque fratrem suum simonem adduxit ad iesum. Secundo ad sui familiaritatem: quoniam. s. iuxta mare genesarum turbis occurrit: christus intravit navem simonis: et capta multitudo piscium vocatisque iacobo et iohanne secuti sunt iesum. Tertio ad sui discipulatum: quoniam abulias iesus iuxta mare galilee petrum et andream de piscatione vocavit: promissio sibi quod fieret homo piscatorum: qui relictis rebus secuti sunt eum: et de cetero adhaeserunt. Post ascensionem domini diuisis discipulis andreas apud achaiam predicans multos ad fidem christi convertit: et ecclesiam puincia replevit. Et dum quidam nobilitas iuuenis iuris parentibus apud adhaesisset: parentes domum in qua morabatur cum apud successerunt: sed puer iussu apostoli rectum ascendens: et aquam pulle super ignem spargens flamas extirpavit: et dum illi per scalas ad eum vellet ascendere: subito excecavit: multique converis parentes iuuenis post dies quinquaginta defuncti sunt. Quorum cuiusdam homicide parere non valens: sed in partu piscinarum fororē ad deam suam dianam placandam misit. Idolum vero forori respondit quod iurare non poterat: monuitque: ut andream apostolum per auxilio adiret. Ad quomodo carum apud eam primo de idolatria redarguit: deinde pro ea oravit: illaque mortem mortuum emittens liberat: et baptizavit. Senex quidam nicolaus venit ad apostolum: dicebat septuaginta annis quibus vice rat potneri non potuisse: sed per luxurie deseruisset. Et quod aliquando ad carnis concupiscentiam refrenanda euangelium super se ferebat: et dum lupanar intrasset oblitus euangelium deponere: audivit a meretrice: quod videbat super eum mirabilia: qui etiam se ab illo tamen non permisit. Pro quo dum apud a terra usque ad nonam iesum orasset: et se non comedere vouisset: nisi deus propter dei subventret: post quinque dierum abstinentiam audivit se obtinuisse pro senex. Sicque apud nicolaus penitentiam sex menses in pane et aqua imposuit: qua pacta senex in domino feliciter exspiravit. Dum iuuenis christianus et pulcherrima matre lasciva de crimine nephando arreptus fuisset: illeque flagitium excecrauit: mater iuuenem crimine reorxit: et eum iudici accusavit: quod dum apud in sui patrocinium advocasset. Iudeus iratus puerum in sacco pice linitum iussit mitti: et in

flumine tactari: andream vero qui pro eo intercesserat in carcere mitti: sed orate apostolo tonitruo terribili et terremoto facto: omnibus exterritis mulier a fulmine percussa interiit: iuuenisque morte evasit: et iudex cum multis fide christi susceptis. Cum apud niceam civitatem septem demones multos infestaret: et plures transientes occideret: apud vocatus illuc accessit: demones in specie canum advenire iussit: et in christi nomine: ut inde discederent mandavit. qui miraculo multum converti sunt. Post modum cum apud nicias: quod iuuenis quidam iuxta portam alterius vicibus a septem canibus fuerat percussus. Intellexit igitur illos fuisse demones: quos ab oppido necesse expulerat et compatiens pro defunctis: illuc accessit: mortuum excitavit: et discipulum christi fecit. Quadraginta viri ad apostolum venientes: ut ab eo fidei doctrinam perciperent excitata repestare a diabolo: nauisque submersa in mare necant. Quorum cor pora ut apud vidit ad littera deiecit: et qui facta fuerat per spiritum cognoscens: oratione sua viros suscitavit: et baptizavit. Quorum etiam egeus proconsul et maximilla senatrice et multos de populo ad christum converterit: pluresque discipulos acquisit. Cum ergo egeus proconsul patras civitatem ingressus christianos ad sacrificia idolorum compelleret: eidem andreas occurrens ipsum de impietate redarguit: eo quod ipse iudex hominum constituit iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum proconsul vanum et superstitiosum diceret: eo quod christum a iudeis crucifixum colebat: apud christum ipse crucem subisse respondit: ex quo morte sua discipulis prodixit: et proditorum cognovisset: addens mysterium crucis magnam esse. Cum proconsul respondit quod mysterium dici non poterat sed super piscium: comminans apostolo ut nisi sibi obtemperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tunc apud mysterium crucis cepit exponere: et quod fuerat necessarium salutem hominum multis rationibus suadere. Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: subter proconsule in carcere recludit: sed a populo visitat: volentibus proconsule occidere: et apostolum fractis ianuis liberare: quos apud sua predicatio ad patientiam invitavit. Quam autem facto andreas de carcere educit: et dum christum crucifixum constantissime confiteretur: iussu egea a triginta hominibus flagitavit: deinde in cruce suspensus inebriatus: non quidem clavis confixus: sed quasi in eculeo extensus funibus alligatus: populi multitudinem insequere et ipsum innocenter mori clamare. Qui dum crucem a longe salutem adorasset: vestibus suis erat in cruce suspensus est. In qua biduo vinctus viginti milibus astantiu hominum predicavit. Sed dum turba egeus morte minaret: territus proconsul venit ut eum deponeret: quem dum ministri vellet solvere brachia in aere stupidis effectis nullo modo ad eum potuerunt pertingere. Et dum fideles eum deponere vellet apud oravit ad dominum: ut in pace suam susciperet spiritum. Stratisque splendore nimis instar fulguris per horam diuinitatem ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apud deo spiritum emisit. Cuius corpus

maximilla senatris cū aromatis sepeliuit. ij. kalen. decemb. is. Intra ciuitatē papatracen. sem. In deo processu tēporis corpus eius Lō stantinopolim translātū est: vt habet. viij. idus maij. Egeas nō anteq̄ domū rediret arreptus a diabolo expirauit. Lulus frater nomine strarocles cū oi eius familia ad xpm cōuersus est.

De sancto Nathanaele discipulo. Cap. ix.



Nathanael discipul⁹
de oppido chana galilee: vn⁹ fuit ex septuaginta duobus xpi discipulis: quem xpus cōmendat. Johannis primo: dicens ipsum esse israelitam in quo dolus non est. Hic etiaz post resurrectionem xpi vnus fuit ex numero illoz vij. discipulorum: quibus xpus apparuit iuxta mare galilee quando Petrus piscando traheret in terrā plenā magnis piscib⁹. cliq̄. vt habetur Johannis vltimo: qui etiam a plerisq̄ scribis fuisse alio nomine vocatus vsinus: qui et ab apostolis episcopus bituricens. cōstitutus post completum predicationis officium in deo feliciter requieuit. ij. kalen. decemb. is: quod tamen falsum esse reputatur. Nam corpus huius nathanaelis apud trengren. ciuitatē quiescit. Corpus vsini in bituricens. vrbe sepultum veneratur. hec frater vincentius.

De scro Nathanaele anachorita. Cap. x.



Nathanael
anachorita: vt dicit heraclides: fraude demonis accidiam passus ex priore cella recessit: et aliam cuidā vicinā sibi collocauit. Ubi duz habitare cepisset: demō ad eū noctu ventens in specie carni ficts panis sordidis induit:

flagris strepitū facere cepit: dicens se fore demōnē: qui cum de priore cella eiecerat: qui et eū de ista fugare cupiebat. Vox sanctus compunctus ad priore locum rediit: et adeo se inclusit: vt xxvij. annis nunq̄ limen excederet. Dulcitasq̄ diaboli insidias pertulit: vt propositum frangeret: quas tamē omnes deuicit. Septē episcopos ad se vententes gratanter suscepit: et abeūres vsq̄ ad limē associant. Quē dū diaconi eo q̄ non egredietur redarguerēt: se oino seculo mortuū esse respondit. Nocte quadā demon in specie pueri sibi apparuit asinū panibus oneratū deferens. Et dū asellū in terram corruisse fingeret: abbatis auxiliū peteret: ille pplexitate circūclusus: ne aut mie opus negligeret aut ppositum frangeret: oratione fusa puero suauit: vt si vera esset visio deū inuocaret: sibi subuenire paratū. Si autem tentatio esset euensceret. Voxq̄ puer euz asino euauerūt

cum turbine maximo strepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicitur paradisus.

De sancto Trophiano epo. Cap. xi.



Trophianus episcopus
magne sanctitatis vir: et miraculorū gloria pclarus pridie kal. decemb. is apud ranconas in dno felicitate regerit. Eius corpus tolose translātū: ibi q̄ terris sepultū: spiritū in cellis viuere multis miraculis manifestat: vt dicit Ado.

De sanctis Diodoro et mariano et eozū socijs martyribus. Cap. xij.



Diodorus presbiter
et marianus diaconus cum multitudine innumerabilū hominū vtriusq̄ sexus et diuersarū creatū: quoz numerū et noia solius desciētia nouit: passi sunt rome sub nūeriano imperatore tpe Stephani pape pmi. Qui die anniuersaria dedicationis sanctorū martyrum chrysanti et darie in loco crypte: vbi eozum corpora sepulta erāt diuina celebrātes via salaria: videlicet extra portā vrbis in harenario vbi pfa ti martyres terra et lapidib⁹ obruti fuerāt: accusati sunt impatori. Tū impator iussit in introitu crypte parietē leuari: et montē q̄ crypte imminebat ad sublonē sup eos deiici: et sic oēs pfocti sunt. Quoz corpora ibides iacuerūt vsq̄ ad tempora Stephani pape. vi. anno domini. cccccclxxvi. Qui venerabilis pz effossa crypra reliquias sanctorū innumerabiles inde collegit: ex quibus quasdam laterant: aliquas apud sanctum petrum: aliquas ad basilicā. xij. apostolorū quā ad fundamentis renouauerat: aliquas vero per alias ecclesias et monasteria sepellenda diuisit: in quozū offitium collectione odor mirabilis quasi rozoz et rosarū resperus est: et lāpas i crypra accesa. vi. dieb⁹ cōtinuis arsit: in qua nec qcq̄ de oleo cōsumptū est nec flāma extinca: donec oia sanctorū ossa a congrege lapidū sunt collecta. Quidā autē cum de reliquijs aliquas questus gratia subtraxisset: cōtinuo in lectū decidit graui languore detent⁹: et cōmissum furtū confessus: reliquias restituit: et sic sanitatē recepit. Dorū oim marty:ū passio die kalendarū decebriū celebratur.

De sancto Diodoro episcopo et consesso. Cap. xij.



Diodorus alexandri
magne sanctitatis vir: dum antiochen⁹ esset presbyter: clarā sapientia habebat. Qui elect⁹ antioches mltā opuscula cōpilauit. In apostolū cōmentarios edidit: aliq̄ multa eusebij cesariensis secutus char. ceterē. Lulus licet censum immutatus fuerit: eū tñ attingere non potuit elo

De sanctis in mēse decēbris occurrentibus Folio. iij.

quentiam ignarus seculariū litterarū. Floruit tempore imperatoris valēris. vt dicit Hieronymus in libro de illustribus viris.

De sancto Aniano martyre: et maxima virgine et martyre Cap. xliij.



Anianus romanus filius nobilis transiit in duodecim annorum occulte inscio patre a paphasio presbytero in christi fide doctus et baptizatus est: atque a maxima virgine de territorio tonagrano de sacro fonte leuatus: quae a patre imperatoribus diocletiano et maximiano delatus. xliij. anno imperii eorum cum ipsa maxima virgine ab eiusdem tectus et carceri traditus est diebus multis. Quam quidem sanctam virginem praefati imperatores tandem fustibus ceciderunt: donec ipsi exhalaret. Anianus vero de carcere fugiens venit balneo regium: ubi visione angelica confortatus est. Deinde veniens ad ciuitates senarum: dum christum dominum predicaret a praefule lysia tectus in ignem missus est: quo diuina virtute extrinco: dum permansisset illesus iuxta fluuium arbia educatus: ibique iussu praefidis decollatus est: et sepultus kalendis decembris.

De sancto Proculo episcopo et martyre. Cap. xv.



Proculus episcopus et martyr de Syria veniens romanum tempore iustini imperatoris totamque romanam puicam discursans vna praedicebat: miraculis et vita resurgens. Quem sanctus valentinus episcopus interfectus. Constituit sacerdotem. Et dum die quadam celebraret praesente praediceo episcopo: angelus domini acceptus de altari calicem in aera videns oibus subleuauit: et deinde in altari reposuit sanguine consecrato. Sanctus autem presbyter de mandato angelici sanguinis praefecit libauit. Deinde propter persecutionem paganorum fugit de tyro siue interano cum episcopo valentino: et veniens ad ciuitatem nequinam a gentilibus gothis tectus et verberibus afflictus atque in carcere missus est: sed per angelum ductus venit lazanium: ubi sancto valentino per martyrium assumptus: constitutus episcopus totam ciuitatem: per multa miracula conuertit ad christum. Deinde veniens spoletum christum praediceauit: inde adeo monitus persecutiones fugiens venit bononiam: ubi theodoro filia: que manum habebat arida sanauit: et patrem cum filia conuertit ad fidem. et filium heroniam a demonio liberauit. Et post multorum queritionem a totilla rege gothorum captus ablati sibi binis locis a tergo decollatus est: et iuxta ciuitatem humatus: ubi processu temporis puer mortuus iuxta ipsum sepultus reuifuit. Tuncque corpus ipsius integrum repertum honorifice leuatus

est: huius passio agit die kalendis decembris. **De sancto Albano martyre.** Cap. xvi.



Abanus martyr in ciuitate maguntia passus est: et ibi sepultus. Hic habuit patrem christianum imperatorem de partibus aquilonis: qui mortua coniuge filiam decoram ex ea habens: ineptis diligens: eas nuptui multis principibus petentibus tradere recusabat. Quam tandem flagitioso amore carnaliter cognouit: et ex illa albanum filium suscepit. Mater igitur de consensu imperatoris ad tegendam infamiam filium in capsella pallio inuolutum in partibus ungarie exponendum mandauit: qui reptus iuxta nemus rege ungarie carcere liberis suscipit: et ob eius elegantiam occulte in rure nutrit: simulataque regina praegnante: tunc partus puer natus fingit: et a rege adoptatus: ut naturalis tractat: ab omnibusque baronibus et ciuibus filium regis vere putat: tam ipsius quam iuuenis praediceorum ignaris. Factus ergo iuuenis gratus et strenuus: filia imperatoris aquilonis: quae est propria mater: eidem a patre putatiuo in coniugium querit: et ab imperatore tradit: vere putante filiam tradere filio vero regis. Post tempus modicum rex ungarie infirmatur: et ad extrema veniens filio adoptiuo regnum committens: eo quod alium non haberet: eidem serie facti reuelat: et qualiter ab eo reptus non est filium naturalis erit. In cuius euidentia pallium in quo ipsum inuolutum est nemo susceperat usque tunc reueruatum albanus tradidit. Quod inueniens audies: consternatus ad uxorem ingreditur. Et dum sibi causam tristicque querenti factum praediceo noller: eo quod se et hoc contentum ab uxore putaret: pallium quod silue exposuit inuolutus fuerat: quod tunc eidem a rege traditum fuerat de sinu iuuenis cecidit: quod dum mater vidit agnouit: et mutua colloquutione habita: reuera est albanum incestu genitum: in fine incestuoso consilio cognouisse. Consilio inter eos habito tristitia et morte regis simulata: mortuumque regem ungarie iuxta praediceam regiam tumulat. Deinde ad utriusque patrem imperatorem perperant: ut eidem serie facti pandant. Quos ille ut filiam et generum cum magna leticia et solennitate suscepit. Sed die sequenti peracta leticia mutue visionis: imperatoris solum albanus et mater in camera vocant: eidemque cum lachrymis factum seriose explicat: et ad diuinam misericordiam imploranda per penitentiam regem confortant. Qui omnes sancto cuidam episcopo reatus praefecit: de ipsius consilio heremitam scitissimum ad eum per penitentiam assumenda. Qui eis septennem peregrinationem penitentiam imponit. Sicque utroque regno episcopo regedo commissio. vii. annis peregrinant: primum annis singulis heremitam reuifentes. Peracta igitur penitentia dum heremum sancti viri petunt in silua desereunt: et supueniente nocte iuuenis pariter in lecto eiusdem de folijs arborum strato collocat: ipse vero in arborum excusabat. Ac instigante diabolo

parentes vigilantes ad vomitum redeunt: et in abominanda antiqua scelera inuicem cocentes recidunt. Quod albanus sentiens turbatus ex arbore presceps irruit: et parietes baculo impatiens perimit. Facto mane ad heremitam rediit: qui facta omnia per spiritum percognita que contingerat reuelauit. Zussu ergo ipsius albanus iterato septem peresgrinatione assumit: qua perfecta ad heremitas rediit. Et dum sepe peregrinari decreuisset: vitam suam per heremitam conscribere fecit. Quam in pyride locatam: ad collum suum alligauit et abiit. Sicque relicto regno factus anachorita et peregrinus apud ciuitatem maguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus dum se christianum diceret iugulatus est: corpus quoque in flumine factatum est. Quo cursu fluminis ad molendinum delator: dum filia militis cuiusdam leprosa se in flumine balnecaret repente a lepra munda tur. Quod dum admirans deferret in urbe multum ei leprosi venientes et se in annis tingentes munus dabant. Et mirantibus cunctis unde tale aqua uirtute haberet perquiretes corpus martyris inueniunt: et reperta pyride: utraque ipsius pleura deo gratias agentes corpus cum honore ad ciuitatem portantes venerabiliter condiderunt kalen. decembris. ubi et quiescit miraculis clarus.

De sancto Eligio episcopo.

Cap. xvij.



Eligius nouionensis

episcopus: ut ait Sigbertus claruit anno sexto constantis: qui et Constantinus. Hic de ciuitate lemouicensis. oriundus patre eutherio: mense tertio triginta: dum ab annis puerilibus arte aurificii didicisset: omnia que lucrabat pauperibus erogabat: et multa miracula operabatur. Inter quod contracto eiusdem elemosinam prebens dum ille manu porrigeret sanus efficitur. Et dum iam optimus magister in arte sua factus esset: et aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: ut inde sibi sellas fabricaret: ipse sibi binas sellas fabricatas ope curioso regi tradidit: quibus ponderatis utraque aurum podus quod sibi dederat repperit: sicque miraculose aurum duplicatum inuenit. Deinde factus est episcopus nouionensis. Et dum die quadam hominem ex iusticia damnatum patibulo: pietate motus depositum sepeliret: cum manibus contrahendo suscitauit. Quia corpora sanctorum repperit deo sibi reuelare: et ciuitate nouionensis. corpus sancti quiritini martyris: et in sueuionensis. corpora martyrum Crispini et Crispiniani: et in beluacensis. corpus sancti martyris luciani. Defunctus est autem anno vite sue. lxxx. miraculis clarus. Sed dum anno reuoluto corpus eius transferrere deberet incorruptum inuentum est: et barba sibi renata que die sepulture sue sibi fuerat abscissa. Qui uenit autem in domino die kalen. decembris.

De sancta Natalia uxor Adriani martyre.

Cap. xvij.



Natalia uxor olim sancti

Adriani martyris corpore uiri et aliorum martyrum cum eo passorum constantinopolim transfatis: ut in corpore legere passioe. vi. idus septembris. manu uiri sibi in solatium retinuit: et nicomediae ubi uir passus fuerat remansit. Quam dum tribunus de uoluntate maximiani imperatoris propter eius decorem et diuitias in plurgium peteret: assensum simulauit triduana inducia postulata. Et dum deum pro sui corporis castitate oraret: admonet in somnis ab uno ex martyribus uiri sociis: ut constantinopolim fugiat. Que manu adriani sumptu nauem cum pluribus christianis ascendit: quam tribunus dum insequitur: uero insurgere pro: et pluribus submersis redire compellit. Quod die nocte diabolus in specie nauis cum nauis fantastica fugientibus christianis apparuit: et quod uia erraret afferuit atque ad sinistram pergere docuit. Hoc autem faciebat ut eos perderet. Quod dum uela uerteret: adriani cum nauicula natalie apparuit: et demone illum fuisse reuelauit: eosque precedens constantinopolim saluos mane perduxit. Quo dum introissent: natalia dum in ubi martyrum corpora suabant intrauit: manus uiri iuxta corpus posuit: et post orationem dormitans a sancto martyre inuitata ad celestia per uisum angelicis reuelata narrauit: et ualefaciens omnibus spiritibus emisit. kalen. decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorum corpora sepultum est.

De sancta Bibiana uirgine et martyre. Cap. xix.



Bibiana uirgo sub iuliano

apostata passa est rome. Cuius pater flautianus christianus fuit: habebat coniugem et filias christianas. Quas accusat apud iulianum imperatorem: quod martyres plurimos sepelessent: ab eodem in exilio dantur in pace quent. Post cuius obitum iulianus matrem bibianam et filias comprehensas tradidit faustulo pediti: ut eas ad sacrificandum compelleret: a quibus ille uersus et ab imperatore martyrizat: atque ab eiusdem sanctis sepultus est. Quod iulianus cooperiens matrem et filias perquebat. Sed post dies modicos bibiane misit darfofa et germana lactes in prope quatuor uerit. Bibiana homo a iuliano repta et tera: dum idolis sacrificare nollerit plumbatis diuissime verberata: et supueniens triduo propter nimiam crudelitatem emisso: pro os sanguis profusus ad dominum per martyrium perrexit. lxx. non. decembris. Cuius corpus a iohanne psbytero positum est apud palatium luciniana iuxta corpora generitricis et sororis.

De sancto Petro chrysologo episcopo. Cap. xx.



Petrus chrysologus archiepiscopus

rauennas de ciuitate imolensi oriundus a sancto cornelio imolensi nutritus et doctus atque in diaconum consecratus est:

vite sanctitate et sapientia insignit et pollēs. Igitur episcopatū raueinne vacante: dum quidē ciuitatis raueinnensis cuius a clerico et populo electus esset: et pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad Sixtum papam tertium accessissent: antequam illi ad urbem peruenirent: Sixtus papa a beato Petro apostolo et sancto apollinare sibi apparentibus per visum admonetur: ut nullum alium in raueinne archiepiscopum consecraret: nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebant. Venientibus ergo et iustus ad urbem ab eisdem papa per triduum requisitus: ut electum suum consecraret omnino rennuit: iussa sibi a sanctis referens et ostēsum requirens. Cuius dum nomē ignoraret: sed eūdem ex vultu cognoscendum diceret: per tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum videri nequirit. Post triduum autem imolentis episcopus cum Petro eius dyacono coram papa comparuit: qui eisdem pro electi confirmatio ne instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit: etiam a longe eundem mox recognouit: et quod ille esset qui sibi ostensus fuerat asseruit: atque ipsum cunctis approbantibus in episcopatum consecrauit. Qui sanctus laudabiliter viuens: doctrina: virtuta: et miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato in olam perrexit: et iuxta corpus sancti cassiani martyris: ubi et nunc tritus fuerat: orans ad xpm migravit: et iuxta eundem martyrem sepultus est quarto nonas decembris. Cuius calix et patena eorum contactu sanant a morbo rabidi canis. Die multas homelias super euangelis: et sermones elegantes composuit: et propter sermonis sui venustatem Petrus chrysologus: quod est sermo aureus: vel aureus sermocinator: cognomen accepit. Fratris et eius epistola contra eurycetē tempore leontis primi imperatoris conscripta: cuius sententia auctoritate postquam in concilio calcedonensi lecta est: euryces hereticus damnatus est.

De sanctis Auro et securo martyribus. Cap. xxv.



Verus et securus germani apud aphyricam sub persecutione vandaliica passi: glorioso martyrio coronati sunt quarto nonas decembris: ut in martyrologio adonis legitur.

De sancto cassiano martyre. Cap. xxvi.



Cassianus in ciuitate rigitana que est metropolis mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus inspiratus excreabilem duritiam xpianorum nec deservire: vni renūciās eidem officio: sub xpiana cō-

fessione triumphum meruit obtinere: martyriū die tertio nonas decembris: ut dicitur in martyrologio adonis: cuius corpus in prefata ciuitate tumulatum: inde processu temporis ad ciuitatem imolentem translatum est: ubi et quiescit miraculis clarus.

De sanctis Claudio Hilario et socijs martyribus. Cap. xxvii.



Claudius tribunus

et hilaria vxor eius et filij eius iason et maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sunt. Narrant in passione chrysostomi et dante dices: dum sanctus Chrysostomus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudius qualiter omnia tormēta superaret: et qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: et quod fuisset quibus cedebat molles reddēbatur: conuersus est ad dominum cum vxore et filiis et septuaginta suis militibus sibi commissis. Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum saxo in mari precipite dari. Milites quoque singillatim audiri: ita ut quod se xpianum confiteretur capite cederet: qui se christicolam negaret: dimitteretur. Prius ergo iason et maurus filij claudij non interrogati se xpianos confitentes decollati sunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati sunt. Quorum corpora a xpianis in cuniculo ubi decollati fuerant condita sunt noctu non longe ab urbe via salaria. Filiorum vero corpora hilaria mater in suo fido sepeluit. Et dum ad tumulum oraret: et pagani supuenientes eam occidere vellet: orandi spacio accepto in confessione spiritum emisit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due est ancille clandestine sepelitur. Horum omnium martyrum passio recolitur die. iij. nonas decembris. De quibus infra in passione chrysostomi et dante. viij. kal. nouē. dices.

De sancto Lucio rege et confessor. Cap. xxviii.



Lucius beatus confessor:

fuit rex britannie baptizatus a timotheo discipulo sancti pauli. Qui regno conposito et bene ordinato relicto omnibus secularibus popis multisque ad deum conuersis: ventens per angustam in ciuitate curie multis ad vite perfectione exemplo et doctrinis inductis die tertio decembris in pace quiescit: ut dicit frater Bartholomaeus.

De sancta Barbara regine et mar. Cap. xxix.



Barbara

virgo passa est in ciuitate nicomedie tempore maximiani imperatoris sub prelide martiano. Cuius pater Dioscorus nomine eius ciuitatis nobilis et paganus: turri excelsa fabricata filiam pul-

cherrimam barbaram intromisit: ne ab hominibus videretur. Cumque plurimi eam in conuictum peterent: illa iam animo christiana diuinitus inspirata: consensum denegabat. Et dum pater in balneo quod edificabatur in turri iussisset artificibus duas fieri fenestras: eo discedente barbara tertiam erigi fecit. Et descendens in balneum depingensque digito in marmore crucis signum: mox in petra signum crucis apparuit ac si ferro sculptum esset. Similiter et in silice vestigia pedum illius impressa sunt. Et descendens puella in cœcam inundantibus aquis: orauit ut sanctificaretur aqua: et submergens corpus seipsam baptizauit in nomine patris et filii et spiritus sancti. Egressa igitur de aqua turrem conscendens in idolorum facies conspexit: et respiciens in celum deum verum adorauit. **¶** Rediens ergo pater et eam interrogans cur tres fenestras in balneo fieri iussisset: audiuit ab ea: quia tres sunt qui mundum illuminant: pater et filius et spiritus sanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eam insequitur ut occideret illam: que dum fugeretur a montis crepidine preclusa artaretur orauit ad dominum: et scisso lapide mons per medium diuisus virginem suscepit: et ad aliam partem eiecit. Quo dum pater ascendens duos pastores greges pascentes interrogasset an puellam fugientem vidissent: vnus eorum cum iuramento negauit eam saluare cupiens: alter vero ipsam digito ostendit eam occidi volens. **¶** **D**oxque ipse cum pecoribus suis in lapides conuersi sunt usque in presens ibi manentes. Quam pater apprehensam et per capillos tractam: et durissime cesam: martiano presidi die sequenti tradidit puniendam. Et dum christum confiteretur et idola gentium demonia esse contestaretur: iussit eam preses spoliatam suspēdi et crudis neruis cedi ac ciliensis saccis plagas eius extergi: deinde carceri immisam pedibus in ligno constringi: ubi domino sibi noctu apparente confortatur: ipsiusque vulnera consolidantur. Quod dum die sequenti preses deorum pietati ascriberet: et virgo eius insaniam derideret iussit eam verberibus suspendi: et latera eius unguibus radiarumque ardentibus lampades applicari. Insuper et caput malleis contudit donec de naribus ipsius sanguis abunde stillaret in terram. **¶** **D**einde manus illis fecit precidi ipsamque nudam per ciuitatem circumduci. Dum autem sic ducta orasset ad dominum angelus sibi apparens nudatum corpus eius candida stola contexit et manus nullis restitutis plagas omnes sanauit: quod dum preses cerneret furore nimio repletus eam decollari mandauit. Quam pater ad montem ubi eam comprehendere adducens caput eiusdem manibus propriis amputauit. **¶** **D**oxque ab igne celesti consumptus est. Corpus autem virginis a valentiano quodam christiano nicomes

die sepultum est: die secundo nonas decembris. **¶** **I**ndeq; tempore processu constantinopolim translatum postmodum a veneris quibusdam nobilibus veneritas delatum: requiescere dicitur in ecclesia sancte marie cruciferorum.

¶ **D**e sancto **S**elestio ep̄o ponti. **L**ap. xxvi.



Slestius episcopus

et confessor apud pontum floruit. Qui cum esset eruditionum cura magnificus virtus: tamen animi et vite sinceritas longe in eo magnificentior extitit: ut dicit in martyrologio vrsardi: qui etiam post laudabilem vitam ibidem in pace quiescit pridie nonas decembris.

¶ **D**e sancto **S**elestio ep̄o antiocheni. **L**ap. xxvii.



Slestius episcopus antiochenus

et scribit theodosius in historia tripartita tempore constantii imperatoris arrianus claruit. Sic dum ciuitatem quadam armenie regeret barbaros deceret propter suum eloquium venustate ab arrianis et catholicis pariter antiochie episcopus postulatus. Quem imperator constantius videre volens et probare vtrum esset arrianus an catholicus iussit exponeret. Dominus possedit me etc. quod ille exponens trinitate publice docuit et apertissimis rationibus comprobauit: propter quod ab arrianis eiectus et a constantio reprobarus: et ab ecclesia sua expulsus reuersus armeniam eusebio episcopo adhaesit: et clarus miraculis vite et scientia in pace quiescit.

¶ **D**e sancto **L**emente presbytero et confessore. **L**ap. xxviii.



Lementis presbyter alexandrinus

qui ut dicitur in diuinis eruditionum scholis et marie floruit: pathei auditor: origenis discipulo: fuit. Hic libros octo edidit stromatum: quod sonat opus varie tractatum. Compositi etiam octo quos informatio: vel dispositionum nota re possunt. **¶** **I**te libros ad gentiles exhortationum. **¶** **I**te librum qui dicitur pedagogus libris tribus distinctus. **¶** **I**te librum qui scribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. **¶** **I**te librum alium de pascha de disputatio et de seculo et obrecreatione. **¶** **I**tem alium exhortatorium ad parietem. **¶** **I**tem ad neophytos. **¶** **I**te alium qui inscribitur canon ecclesiasticus. **¶** **I**te de his qui iudicum sensum requirunt: que ad alexandrum hierosolymorum episcopum scripta. **¶** **I**tem librum de heresibus. **¶** **E**t et eius tam diuinarum scripturarum quam litterarum secularium volumina eruditionis et eloquentie referta: in genesim etiam commentarios scribere pollicitur est. **¶** **H**ec hieronymus de viris illustribus. **¶** **Q**uius in pace die nona decembris. **¶** **S**eueri imperatoris tempore florens.

De sanctis in mēse decēbris occurrētibus. Fo. vi.

De sancto sabba abbate. Cap. xxxv.



Sabba abbas

bas ex puicla capadocie ciuitate multalapns p̄e iohāne: matre sophia: claris ex xp̄ianis origi-
ne traxit. xvij. theodosij impe-
ratoris anno. Dū autem pater
eius militaturus cum vxore
alexandriaz pergeret: filium
paruulū hieremie fratri com-
mēdauit. Quē dū vxor illi inuēte cōspiceret:
puer relicto seculo occulte patruū deserens: et
ad monasterium quod dicitur scandō fugiens:
ab abbate gregorio susceptus est: monachus
effectus: qui nō oī sanctitate viuēs: eratis pro-
cessu summa p̄ditus abstinentia cepit etiam
clarere miraculis. Interq; dū tempore hyema-
li pistoz vestes loto siccandas in furno adhuc
calido posuisset: et oblitus iparuum cibariū pro
pane coquēdo ex incuria accendisset: deinde re-
cordatus vestium damni suum deserer. Sab-
bas compassionē motus furnum ingressus ac-
censuz illesas vestes illesas eduxit. Post hec
perrexit ad heremū ad gerasimum abbatē: vbi
multa diaboli figmenta et certamina superans
dudum mansit. Deinde veniens hierosolimam
sibi locellū edificauit: et sacra loco quotidie
lustrās ad locellum redibat cōtemplationi va-
cans. Die quadam apud ecclesiam sancti ioh-
annis baptiste mulierem dudum fluxum san-
guinis passam sanam effecit. Quendam etiam
a demone obsessum liberauit. Et cum siccitas
nimia populū vigeret: adeo vt neq; in puteis
neq; in fontibus aqua reperiri posset: et ex hoc ci-
uitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in lo-
cis plurimis si forte aqua alicunde prorump-
ret: oratione sancti pluuiā largissima noctu de-
scendit: que foneas et cisternas repleuit: oīmq;
populū satiauit. Sicq; multozū signozū gloria
clarus virtutibus pollens: sub iohanne archi-
episcopo quiescit in pace die sabbati noī. decē-
bris anno dñi. cccc. xliiij. sepultus hierosoly-
mis inter duas ecclesias: cuius corpus inde p-
cessu tēporis venetias delatum: quiescit in ec-
clesia sancti antonini martyris.

De sancto Basilio episcopo martyre. Cap. xxxvi.



Basilio episcopo

pus ex nicea puincia
dum xp̄m predicaret
a perennio perse de-
tentus et ad deorum
sacrificia inuitatus:
cum idolis immolare
contēneret: primo in
equuleo suspensus ad
diutius tortus est: deinde laminis ardentibus

circa latera appositis et cruciatus iesus christus
dñm maiori cōstantia profitebat. Quapropter
in equuleo lenatus fustibus et scorpionib; pre-
sidis iussu diutissime cesus est. Post hoc deposti-
tus ad statuas deorum ligna p̄ sacrificio porra-
re compellit: data sentētia: vt si nō sacrificaret
eodem igne consumeret: qui dū sacrificare cō-
tēneret in ignem missus: sed in eodudum ma-
nens illesus educitur. Sicq; a p̄sidente adinui-
cē nicee p̄ouincie destinat cum litteris sibi mā-
dantib; vt bassum: aut sacrificare compelleret:
aut excogitatis supplicijs perimeret. Sed duz
a iudice suusus sacrificare noller: fabricatis
duobus clauis ad mensuram longitudinis cor-
poris eius: eisq; a plantis pedum per medium
corporis vsq; ad verticem confixus in xp̄i con-
fessione emisit spiritum noī. decēbris tempo-
re decij trateriani. Cuius corpus a christians
in Nicea ciuitate sepultum est.

De sc̄a Crispina virgine et mar. Cap. xxxvii.



Crispina virgo in

aprica apud coloniam thebesti-
nā tpe Diocletiani et maximia-
ni impator: cū sacrificare nol-
let iussu anolini p̄consultis de-
collata est: ibiq; sepulta noī. decēbris.

De sc̄o Dalmatio episcopo martyre. Cap. xxxviii.



Dalmatio martyr et

ep̄s de italia oriūduz p̄e sena-
toze dū xp̄ianus esset occultoīa
deserēs ad albā ciuitatem deue-
nit: ibiq; xp̄m predicare cepit et
miraculis clarere: ad quē quidam valentianus
magister militū de rauēna veniens eius auditi
fama p̄ filio suo graui infirmitate detento sup-
plicare cepit: orationeq; sua sanctus filium le-
beratum eidem nūciat: quod ille repatrians
dum verum esse cognouit ad dalmatium redijt:
et conuersus ad christum ab eodem cum filio
baptismum suscepit. Iterumq; ad propria re-
means et christum annūcians miraculi testimo-
nio multos ad fidem conuertit. deinde dalmatius
angelo duce ricenum veniens dum flumē
sine ponte vnaui ad angelo in momento trās-
uectus multis coram positis transiisset: popu-
lum multum conuertit ad christum. Abiq; con-
stitutus episcopus predicationis officium fi-
de liter perficiebat: deinde ad gallias transijt:
plurimos infidelū christianos effect. Et post
hec reuelatione diuina: dum ad suā rediret ec-
clesiam iuxta flumē ticeni ab infidelib; captus
et in cerebro gladis percussus per martyrium
migravit ad christum. Sed dum corpus eius
exanime staret: nec dudum cecidisset viso mira-
culo multū ex infidelibus conuersi sunt. Sepul-
tusq; est ibidem miraculis clarus. Passus est
autem die noī. decēbris.

De sancto Nicolao episcopo et professore. Cap. CCCXXIIII.



Nicolaus epi

scopus cuius patre vrbis patre epiphano: matre iohanna diuitibus claris et sanctis eroz? pma die sue natiuitatis du balneare tur erect? stetit in pelui fere dimidia hora.

Ad vbera matris positus. iiii. r. vi. feria semel in die mamas suggebat: q̄ ex nocte auunculi sui nicolai myreozii antistitis vocatus est nicolaus. Dum adhuc puer imbuendus litteris a scholis rediret: claudē femine eidē obuiē gressum reuertuz tribuit. ¶ Euidā suo dei nocte sabbatio in extasi posito palatium mirificū auro r gemis fabricatū cum sede mirabilis claritatis intro posita ostendit: que oia nicolao adhuc puero in celestibus preparata reuelant. Factus autē iuuenis coetaneozū consortia et mores deuitas ecclesiam frequentabat: et que de scripturis audiebat memoriter retinebat. ¶ Parentibus de functis qd̄ de diuitijs sibi dimissis dno gratuz ageret cogitabat. Hinc inanē gloriā si preberet incurere formidabat. Sed post dies modicos dum quidā cōctuls nobilis ad extremā ductus inopiā: tres filias suas virgines fornicari disponderet: vt inde miserimus quicq̄ p victu acquireret. Nicolaus hoc audiens noctu domū viri latēter adiens per fenestrā auri pondus intro clam proiecit clamq̄ discessit. Quod hō ille reperies et eo pūmogenitā maritauit. Et dū idē secūdo seruis p̄fessor peregrisset: secūdam filiā similiter pater nuptui tradidit. Dum autē tertio dei famul? idē opus perfecisset: hō ille q̄ vigilas benefactorē suū studio obseruabat: sanctus fugientē cepit: eūq̄ cognouit ad pedes eius se pstrauit. Quē ille erigēs eidem sup̄inde silentiū quoad viueret impauit: illeq̄ terrā filiā pingio dedit. ¶ Post hoc defuncto archiepiscopo myreozii dū ep̄i suffraganei pro eligēdo presule orātes cōuenissent: reuelat quidā ep̄o magne auctoritatis: in quē vota omnium dependebant: q̄ illū eligere deberēt: quē hora naturalit primū ad ianuā ecclesie nicolai nominē p̄pperirēt. Tum autē nicolai mane expectantē ep̄iscopus repperisset r nomē ipsius dicitisset: euidē itēq̄ satis remittentē in cathedra collocarunt. Qui gregi dñico prefectus ad amplioris perfectionis aptē: oī decorat? virtute attingere satagebat: multisq̄ miraculis conuabat. ¶ Quadā die cū suis clericis ad refectoriū discubēs deficere sibi vino modicū vini i vaseculo allatū qd̄ vsq̄ trib? in mēsa sufficeret cum etis infundī p̄cepit: r ad sufficientiā oib? fuit satis. ¶ Alio quoq̄ tpe dū vnic? solūmodo panis in cellarario reperi? esset: operarijs in ecclesia

sua laborantibus apposuit. Undeq̄ plene oēs refecit. Virum r vxorem qui. xxx. fere annis sine prole fuerant: ad se venientes: et pro filio supplicantes oleo lampadis ecclesie inuixit r orationem premisit. Eodemq̄ anno mulier filium intra eūdem in ministrum viro domini obtulit: quem ille baptizauit: r sacris litteris erudiuit. ¶ Obsessum a demonio de regione andronica liberauit: puellam manibus ardis de castello euandis sanauit: r alios multos a diuersis passionibus dei virtute curauit. ¶ Dum ecclesiam construī faceret: et lapis magnus in edificium opus eēt: qui a septuaginta hominibus nullatenus moueri poterat: sanctus dei superuenies signo crucis pmissio cum duobus clericis ipm amouit: r ad locuz detulit ordinatū. ¶ Quadā die tempestate scissima quassati quidā nauē Nicolaum aduocant: et continuo vir quidā eis apparuit dicens se esse Nicolaum ab eis aduocatum. Qui eos in antennis et rudentibus iuuare cepit: statimq̄ tempestas cessauit. Et dum ad eius venissent ecclesiam: quem nunq̄ viderant sine iudice cognouerunt. Quod ille non suis meritis: sed eozū fidei attribudere docuit. ¶ Dum quodā tempore fame valida regio esset oppressa: et naues ouerate tritico ad portum myree deuenissent: rogauit sanctus nautas: vt saltem pro quāq̄ nauē in centum modijs eozū inopie subuenirent. Tūq̄ illi responderent non audere hoc facere: eo q̄ mēsuratum alexandrie granum eadem mēsurā constantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: instat sibi: vt petita adimplerent: confisus in christi gratia: q̄ nihil diminutionis in eozū mēsurā resipient. Quod cum fecissent: mēsuram quam receperant: integre ministris regis reddiderunt: et miraculum narrauerunt. Bianum autē illud quod sanctus acceperat miraculose per biennium aduictum et vsum seminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliquis cultus idolozum superesset: arbozem quādam Diane consecratam: quam quidam colebant rustici: sanctus precidit: diabolo in aera vlulante se de sua sede per Nicolaum eiecitur. Et dum quidam viri ad sanctum vistrandum nauigio pergerent: demon in specie deuote mulieris eisdem in sagenula apparuit: oleum in vase tribuit: rogans vt ex eo parietes ecclesie sancti Nicolai perungerent: eo q̄ ipsa tunc ad ipsum locuz accedere non posset. Qua discedēte in alia nauicula eisdem cum pluribus viri apparuit Nicolaus simillimus: mulierem illam dīnam fuisse docuit: et vt oleum sibi datum in maria iactarent admonuit. Quod proiectum in mare: contra naturam aquam inflammauit: quidum myrean venient: nicolaum conspiciūt: ipsumq̄ esse qui sibi apparuerat recognoscunt. ¶ Eodem tempore dum imperator constantinus tres principes nepotianum: vsunum: r neapoleo

De sanctis in mēse decēbris occurrētibus. Fo. vii.

nem contra hostes imperij misisset: et illos ad portum myree applicantes vir sanctus ad praedictum inuitasset: cum essent in mensa nunciatur viro dei: consulem pecunia corruptum tres iuvenes milites innocentes decollari mandasse. Illico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locum properauit: et iuvenes iam genussertis gladium vibrantis expectantes reperit. Audacter igitur se in speculatozem ingerens gladium sibi extorsit: innocentes exoluit: quos secum adducens consulere adiit: eumque duras obiurgans: tandem penitentem suscepit. Cum autem principes imperiales cum victo: iam redeuntes ab imperatore magnis honoribus sublimari fuissent: ex inuidia apud eum de prodicione delati sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationem trimum iuuenum factam a viro dei recolentes eiusdem se meritis commendarunt. Eadem nocte vir dei imperatori per visionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: et nisi innocentes dimittat exitiale bellum eidem comminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse Nicolaum episcopum myreorum: similiq; visione prefectum exterruit. Eugilas princeps viros aduocat: et si cui sancto se commedassent interrogat. Qui dum se sancto nicolao commendasse dicerent. Diratus imperator ventam petiit: innocentes absoluit: et eosdem ad vitam dei cum muneribus destinauit. Fertur beatum nicolaum iam senem niceno concilio interfuisse: et quendam arrianum zelo fidei inmensa percussisse: ob idque a concilio mitra et pallio priuatum extitisse: propter quod ut plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquando missam beate virginis cuius erat deuotus in pontificalibus celebraret: et priuationem mitre et pallii dederet: quasi zelo nimio fidei ablata: ecce cunctis videtibus duo angeli eidem affuerunt: quorum unus mitram: alius pallium sibi diuinitus restituerunt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta. Quem ad vltimam horam deueniens: angelos sibi occurrentes conspexit: et suum commendans spiritum domino in pace quiete die octauo iduum decembris anno domini. ccc. lxiij. Ex cuius ossibus oleum iugiter emanare consuevit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabantur. In multis chronicis inuenitur: quod post multum temporis destructa a turcis episcopi myrea ciuitate a mercatoribus barrenis corpus sancti nicolai barrum translatum est: ibique iacere vsque in presens: ut plurimum creditur et a multis peregrinantibus visitatur. Veneti autem idem corpus afferunt venetis delatum. Cuius historia translationis debito loco: videlicet tertio kalendas iunij ponetur. Miracula autem sancti: tum quia infinita esse dicuntur et innumera: prout collecta eius festiuitatis asserit: tum etiam quia ea sola de sanctis ponere cur-

rauimus: que vel in vita eius: vel circa mortem: aut erga eorum corpora contigerunt: ex aliquo luminebus lectori legenda dimittimus. Hoc solo ad eius venerationem exarato: quod dum beati nicolai historia de nouo edita esset: que notata cum suo cantu ad manus quorundam fratrum monasterij sancte crucis de cesena deuenisset: et fratres eam in eius festo canere ad officium vellet: eorum prior omnino recusauit: et fratres redarguit: dicens loculatozia in ecclesia non esse licitum decantare. Nocte superueniente sancti nicolaus priori apparuit: eumque vultu terribili lecto abstraxit: pavimento collisit: et incipiens antiphonam. O pastor eterne etc. per singulas differentias vocum: fuste quem tenebat tetens supra dorsum patientis ingeminans: per ordinem ad finemque decantauit. Qui semiuuus dimissus clamoribus fratres excitans visa et gesta narrauit: antiphonam quam nunquam audierat retulit: et centum notas in ipsa consistere didicisse se et centum percursionibus quas susceperat adiecit: et put dixerat sic esse compertum fuit. Dataque licentia fratres nouam historiam eo die et deinceps tam ipsi quam alij in multis ecclesijs celebrarunt.

De sancto Nicolao papa primo Cap. xxxiiij.

Nicolaus papa ^{bul' no-} ^{minis p-} mus natione romanus: ex parte theodoro successit benedicto. iij. et sedit annos nouem. menses duos. dies. xx. Et in chronica martiana habetur post magnum Gregorium papam nullus vsque ad eum apparuit in sede romana eidem sanctitate comparandus. Floruit autem tpe Ludouici secundi imperatoris. Hic michailem constantinopolitanum imperatorem excommunicauit propter ignatij patriarche iniustam depositionem. Excommunicauit etiam lorbarium regem gallicie ppter gualderade pelicis sue societatem. Qui rex tpe adriani successoris Nicolai pape romam ueniens concubina dimissa: absolute ab eo recepit: et non multo post vita decessit. Huius tpe sanctus Cyrillus pene omnium sclauorum apud corpus sancti Lemetris pape a serfona ubi in mare ponticum piccru fuerat: ex maris episcato auferens romam detulit. Quod p Nicolaum papam in ecclesia sancti clementis recoditum fuit: ubi et ipse cyrillus paucis expletis diebus sepelitur miraculis coruscando. Nicolaus quoque papa post multas et vberes collatas elemosynas et alia multa bona que fecerat in christo quiete: et in ecclesia sancti petri apostoli sepultus est.

De sanctis Dionysia datiuia et socijs martyribus Cap. xxxv.

Dionysia datiuia: leo-
ria et Emilian' medic' et religiosus
vir noie terrius: necno bonifacius
et seruus et vitricus atq; maioricus

adolescens apud aphyricam martyrio coronati sunt. Qui oēs persecutione vandolica sub Iuliano rege arriano p. confessione fidei catholice: et ne ab arriano rebaptizarent decertantes grauissimis et innumeris supplicijs et cruciatibus: confessorum christi numero sociati sunt. vñ. idus decēbris. Ex quibus maioribus adolescens dionysie matris sue eidem in tormentis assistentis exhortationibus roboratus in certamine confessionis spiritum reddidit. hec ado.

De sancto Ambrosio epō et doctore. La. xxxvi.



A

Ambrosi

us episcopus et doctor: cuius festum obitus occurrat. ii. non.

aprilis. Hoc non die quo episcopus est ordinatus ab ecclesia romana celebratur filius ambrosij romani tunc prefecti galliarum in galliis natus in cunabulis

in pretorio positus: dum dormiret apertis: exasmen apum facie eius et os impleuit: ut quasi in alucolum suum intrarent et exirent: que postea euolantes in tantam altitudinem aeris eleuare sunt: ut humanis oculis minime viderent. Quod pater cernens et territus infantulum predicat aliquid magni futurus. Et cum puer esset maturus et forori manu osculandam porrigebat: ut sacerdotibus fieri conspicerat: quod foror tunc deridebat. Cum ergo rome factus iuuenis et litteris eruditus causas peroraret: a pro prefecto pretorio missus ad liguriam emiliamque regendam prouinciam venit mediolanum. Quod suo non auctore episcopo arriano: cuius populus propter presulis electionem in seditionem possumus esset: et ipse pro seditione sedanda ad ecclesiam perrexisset: voce infantis subito ambrosium episcopum clamante: ab omnibus tam arrianis quam catholicis pontifex eligitur. Quod ille audiens contra morem suum homines torqueri fecit: ut sic ab eius electione cessarent. Deinde profiteri philosophias volens quasi re christianis suspectas: dum non permissus esset publicas meretrices ad se ingredi fecit: populoque magis acclamante: peccatum tuum super nos: noctu aufugit. Et dum se tricenum ire putaret: mane ad portam romanam ciuitatis se repperit. Interim missa electione ad valentianum imperatorem eam approbavit: gaudens quod iudices a se directi ad sacerdotium peterentur. Ambrosius non in possessione leontij latuit. Sed relatione imperatoris veniente producit. Et quibus multum renitens: tandem electioni consentire compellitur. Et cum adhuc esset cathecuminus baptizatur: et octavo die in episcopum consecratur. Qui cum post annos quatuor romam venisset matre defuncta: et germana

mannum eius osculareretur subridens dixit in se iam impletum: quod puer vaticinatus fuerat. Tunc etiam paralyticam in thero cubantem: solo vestimenti eius contractu: sanas effecit. Sed et contra voluntatem iustine imperatricis arriane catholicum in episcopum promouisset multas ab ea infidias et persecutiones passus est: adeo ut etiam una ex virginibus arrianorum: ut cum ad reliquas cedendum traheret: ipsum per pallium cepisset: quam die sequenti ambrosius morte defuncta subita honorifice sepeliuit gratiam pro contumelia rependens. Rediensque mediolanum ad suggestionem anguste multi sibi calumiantur: et multas iniurias patitur. Quod dum in exilium mittendus putaretur: et quidam vicinus quadrigam ad eum exportandum parasset iusto dei iudicio anno vertente ipse in eadem carruca in exilium missus est. Cum aurez plures obsessi a demonibus se ab ambrosio torqueri dicerent et iustina cum arrianis ambrosio imponerent: quod pecunia compararet qui se ab immundis spiritibus torqueri assererent: subito vnus ex illis demone oppressus clamabat quod vrinam qui non credunt ambrosio ut ipse torqueretur: quem ceteri arriani in piscinam necauerunt. Veretius quidam inuocabilis: dum predicante episcopo vidit angelum ad aures eius loquentem conuersus est: et fidem quam persequebatur: defendebat. Quidam magus: qui demones ad eum cedendum inuocabat: audiuit ab eis: quod nec ad fores eius appropinquare persumerent: quonia ignis de domo eius exibat: qui etiam eos longe positos cruciabat. Quodam demoniaco mediolanum intrante: demon ex illo exiens alium ex vrbe egredientem inuasit: dicens quod ambrosium timebat: et ob id vrbem ingredi formidabat. Dum quidam ad preces anguste eum noctu volens gladio percutere brachium eleuasset: subito manus eius exaruit. Cum apud thesifalicam ex seditione populus iudices lapidasset: iratus theodosius imperator omnes thesifalonicenses perimi iussit: nocentes ab innocentibus non secernens. Et cum mediolanum venisset volens intrare ecclesiam ab ambrosio prohibetur: et de tanto scelere audacius increpatur. Qui cum dauid homicidam et adulterum allegasset: audiuit ab eo: quod quem allegauerat delinquentem imitaretur et penitentem. Et a doctore sancto suavis publicam agere penitentiam non est dedignatus. Quis penitentia peracta die pasche pro comunione sumenda cancellos ecclesie intrasset: ambrosius eum extra chorum repulit: dicens locum illi clericis assignatum: et quod purpura facit impatores non sacerdotes: cui imperator humiliter obediu: et reuerens constantinopolim: dum in ecclesia extra cancellos maneret imitatus a patriarcha intraret: miratus ait: se vnus vidisse ambrosium sacerdotem. Dum ad pa-

De sanctis in mense occurrentibus Folio. viij.

latiū macedoniū magistrī officiorū pro cuiusdā
intercessione accessisset: et fores clausas repe-
risset: comminat⁹ est illi: q̄ cito ad ecclesiā ve-
niens apertis ianuis intrare non posset. Post
modicum tempus macedonius ad ecclesiā su-
gens timore inimicorum patēribus ianuis ad-
tum reperire non valuit. ¶ In ciuitate floren-
tie filium cuiusdam nobilitis nomine pansonem
puerum obsessum a demonto liberauit. Et dū
post dies modicos puer subito exspirasset: ma-
ter ipsū in lecto sancti defunctum locauit:
quem ille superueniens oratione et lachrymis
suscitauit. ¶ Nicerius quidam notarius dolo-
re pedum vexatus: dum ad episcopum cele-
brantem pro comunione accessisset: et ille pes
des ipsius casu calcaasset: exinde a dolore ere-
ptus est. ¶ Hospitatus in quadam villa tuscie
apud quendam diuitem filijs et familia abun-
dātem: dum vir se de ciuitate sibi ad votum suc-
cedentibus iactasset: et q̄ nihil sibi aduersi in
vita sua aliquando contigisset. Ambrosius ter-
ritus inde cum socijs festinus discessit: dicēs
ibi tutum non esse permanere: vbi dominus nō
erat. Quo abeunte et aliquantulum procedens
te vir ille cum domo et omni familia terre hīa-
tu absorptus est: vsq̄ in presens quadā fouea
ibidem in testimonium permanente. ¶ Ipse su-
um obitum presciuit et reuelauit: q̄ vsq̄ pascha
cum fratribus esset. Et dum die quodam psal-
mun. xliij. cum notario diceret: vidit notarij
ignem caput eius in modum scuti operientem
et per os eius intrantem: faciesq̄ eius vt nix
effreta: post modicum ad colorem pristinum re-
dijt: quo die dictandi et scribendi finem fecit.
Post dies modicos grauitē egrotare cepit.
Et dum ad extrema propinquaret et quattuor
eius diaconi de eligendo episcopo inter se tra-
ctantes simplicianum nominassent ita silēter:
vt vix mutuo se audirent: ipse longe positus
tertio clamauit: senex. sed bonus. Quod audi-
entes illi mirati sunt: et non nisi illum post ei⁹
obitum elegerunt. Honorat⁹ quoq̄ presbyter
ecclesie vercelēsi. expectans eius obitum: cum
se sopori dedisset audiuit se tertio vocari: vt
surgeret festinanter: q̄ statim erat recessurus:
qui surgens ei corpus domini obtulit: quo sum-
pro vir domini manus in modum crucis expā-
dit: et orans sub silentio exspirauit die secundo
nonas Aprilis. Anno domini. ccc. lxxx. Celebra-
tur autem eius festum ab ecclesia die quo epi-
scopus est ordinatus: vt dictum est: scilicet die
septimo idus decembris. ¶ Eadem horauisus
est in quodam monasterio in partibus orientis
inter monachos psallentes orans: et notato tē-
pore repertum est beatum virum tunc a corpo-
re intransisse. Et cum in nocte pasche cor-
pus eius ad ecclesiam delatum fuisset: plurimi in-
fantes baptizati eum viderunt sedentem quas-
si in cathedra tribunali vt dicebāt. Alij eū ascē-

dentem digito parentibus ostendebant: pluri-
mi quoq̄ stellam supra corpus eius vidisse te-
stati sunt. Sepultus est die pasche apud basili-
cam ambrosianam: vbi demonum turba se ab il-
lo torqueri clamabat: vbi et infirmitates curan-
tur: et demones vsq̄ in presens effugantur.
¶ Hic doctor sanctissimus multa vtilia opuscu-
la in ecclesia dei composuit: videlicet libru exa-
meron. Item librum de officijs. Item de con-
fictu victorum et virtutū. Item librum de vir-
ginibus. Item vitam beate agnetis. Item li-
brum de paradiso et electione p̄imi hominis.
Item de oblatione Eaim et Abel: et quid ipsa
oblatio significet. Item de recessu Abrahe de
mesopotamia. Item ad stacellam reginam de
spiritu sancto. Item cōtra arrianos libros plu-
res. Item contra apollinarem librum vnum.
Item ad santinum episcopum de trinitate libri
vnum. Item commentariorum in iucam libros
plures. Item librum christianorum. Item ad
diuersos libros. lxxv. Itē tractatus. xliij. Epi-
stolas breues. lxxvij. Sermones declamatori-
os. lxxv. Scripsit et libros de spiritu sancto q̄s
gratiano principi direxit. Item librum de ex-
cessu Saryri. Itē rithmos super de peccatio-
ne pluuie et serenitatis: et alia multa que enu-
merare longum esset. Composuit et officium
et hymnos ac ordinem misse: qui in ei⁹ ecclesia
observantur.

De sancto agathone martyre. Cap. xxxvij.



Agathon martyr

apud alexandriā sub decio ipa-
tore passus est. Qui cum eēt
miles et phiberet quosdā gen-
tiles volētes illudere cadaue-
ribus martyri: clamor repēte
tortus vulgi aduersus eum ex-
tollit. Oblatusq̄ iudici cū in confessione xpi p-
sisteret: capite pro pietate damnatus est septis-
mo idus decembris. hec ado.

De sancto agathone ab-
bate. Cap. xxxviij.



Agathon

abbas per trien-
nium lapides in
os tenuit donec
taciturnitate de-
scederet. Interrogat⁹ que vir-
tus plus haberet laboris: re-
spondit orare deum: eo q̄ des-
mones orantem semper impu-
gnant vt orationē interrūpāt.

Interrogat⁹ a quodā quomodo cū fratrib⁹ ha-
bitare deberet. Rēdit sicut i prima die nūq̄ fu-
ductiā assumēdo: eo q̄ fiducia sic gēiterse passio-
nū. Dixit quoq̄ q̄ si iracūd⁹ etiā mortuos su-
scitaret non placeret alicui: nec ipsi deo propter

iracundiam suam. ¶ Sicut autem agathon sapiens ad intelligendum: impiger ad laborandum: parcus in cibo et vestimento: qui dicebat se nunquam dormire nisi habens aliquid aduersus quem: nec dormire permisisse habere aliquid aduersum se. Moriturus triduo apertis oculis in extram manum afflicto et angie timere: eo quod spiritus in mandatis dei laborasset. per spiritibus: nesciebat adhuc vtrum deo placeret opera sua: quia aliter sunt iudicia dei: aliter hominum. Quo dicto spiritus eius gaudio emisit. videbant enim eum colligentes spiritum: quem admodum si quis salutat amicos suos dilectos. hec in vita patrum.

De sancta Sara virgine. Cap. xxix.



Sara virgo de fracia

Tempore heracii imperatoris claruit. Cuius pater hagericus de burgundia duxit originem. hic claris natalibus ortus: in aula Theoberti regis francorum inclitus ex vxore sua leodegunda: tres filios preceit oes sanctos: scilicet faronem: valpertum: et conoaldum: filiasque virginem saram. Que dum inuenitibus annis virginitatem suam deo vouere cuperet: sed a patre prohibere: qui filiam nobili nobili sposo tradere disponebat: rara lachrymarum inundantia fleuit quod visum amisit: quem tunc dominus ei per beatus eustasium episcopum restituit. Adhuc quoque patre ad eius nuptias intendente: Sara ad ecclesiam apostolorum principis confugit: quam pater cum ministris: ut eam perimeret insecutus: tenet tam tandem carceri mancipavit. Interea beato eustasio de legatione regis Lotharii redempto: multa precum instantia patre eius placato peruenit: ut virgo dei de carcere educeret et sancti monialis consecraret: quod vix patre annuente factum est. Et a sancto gundoaldo meidei episcopo habitu virginis assumpto cenobio que eidem virgini in solo parerno edificato: ipsa in pudicitia et sanctimonia perseverans plenavitutibus quiescit in pace. vii. idus decembris: ut scribit Sigibertus.

De sancto martino abbate. Cap. xl.



Martinus abbas apud

cineratē santhonas vite sanctitate et mirabilibus signis ppollens die vii. idus decembris in xpo feliciter obdormiuit: ad cuius tumultu creberrime diuinitus miracula multa fiunt: ut dicitur in martylogio adonis.

De sancto Genebaudo episcopo. Cap. xli. Latio episcopus.



Genebaudus episcopus laudunensis

a sancto remigio episcopo remensi. sub clodoueo rege constituitur. Qui vxore

habebat neprem sancti remigii: quam quidem reliquerat: tamē secā cohabitabat: unde ex fratre quentri conuersatione cum ea peccauit: qui filium concepit et peperit: quem episcopus latronem nominandum maudauit: eo quod in latrocinio gentus esset. ¶ Verum ne suspitio oriretur adhuc coniugē ad se venire permittebat. Penitētiāque de peccato peracta: iterum eam cognouit: et filiam genuit: quam vulpeculā nominauit. In tandem reuersus pro remigio misit: qui laudunū venit. Et dum sibi episcopus pontificatus cum lachrymis resignaret: illeque causam quereret: eidem ipse peccatum suū confessus est. Remigio autē eum in ecclesia. vii. annis inclusit: interimque pro eo episcopatu gubernauit. ¶ Post septennium nocte discere cene genebaudo senti: et quia ipse qui penitentes reconciliare consueuerat: nec locum inter penitentes haberet conquerēt angelus asstitit: patē sibi dimissa nūciauit: et ut etiam in crastinū penitētes reconciliaret admonuit. Cūque ille se exire non posse diceret: eo quod ostium clausum et signatum eēt: remigiusque clauēs haberet: angelus saluo sigillo ostium reserauit. Ite rūque illo respondente: etiā si ipse xps sibi mandaret: tamē egredi noller: nisi qui eum incluserat adesset: angelus eadē hora remigio penevigilanti et oranti in crypta beate virginis remis apparuit: rei seriem pandit: et ad genebaudū educendum: ut veniret ex dei parte mandauit: qui etiā in momento se intra cellā genebaudi trāsatum repperit: et iussa complens ad locum suū eodem instanti se reductum inuenit. Sanctus quoque genebaudus in sanctitate vite perseuerans in pace quiescit. vii. idus decembris. Cui et filius eius latio in episcopatu successit: qui etiam sanctus fuit.

De conceptione beate Marie virginis. Cap. xlii.



Conceptione beate marie

genitricis marie: non quidem ex generali ecclesie institutione: sed ex speciali quorundam deuotione in pluribus que ecclesiis celebratur: quibus enim beata virgo fuerit inuetero mens etiam ab ipsa aie infusionis die sanctificata: fuit in

in peccato originali concepta: quod tribus rationibus comprobatur. Primo: quia si fuisset sine peccato originali concepta: sequeretur quod non fuisset filia ioachim: sed solum anne. et sic quodammodo quantum ad humanitatem esset equalis christo: quod est absurdum et erroneum. Et sequentia probatur: quia non potest esse permixtio seminum viri et mulieris sine pruritu libidinis et delectationis. Constat autem quod talis pruritus et delectatio habet annexum peccatum originale: ut probatur Augustinus in libro de peccato originali

De sanctis in mense decēbris occurrētibus. Fo. ix.

li. Et ideo conceptio christi fuit absq̄ tali peccato: quia ibi nō fuit permixtio alicuius seminis virilis: et per consequens nec pruritus libidinis. Secūdo: q̄ si fuisset sine tali peccato concepta: sequeretur q̄ nō fuisset christi sanguine per eius passionē redempta: quod est falsum et pessime dictum. Et probatur consequentia: q̄ christi passio fuit ordinata ad peccatum omne delendum siue originale per baptisimū siue actuale per penitentia: sed cum in beata virgine nullum fuisset peccatum actuale abolendum: si sine peccato originali concepta fuisset christi passio nihil delendum in ea receperet: et sic per christi passionem non fuisset redempta. Tertio: q̄ et hoc sequeretur: q̄ si beata virgo ante christū decessisset: quod fuit possibile: ipsa immediate paradisum ingressa esset: sed hoc est falsum: ut patet Johannis. iij. Nemo ascendit in celum scilicet ante christum: nisi qui descendit de celo etc. Et sequentia probatur: q̄ sola originali culpa aditus regni celorum precludebatur decedētibz sine peccato actuali. Quorum ad rationes que in contrarium a pluribus allegantur: sic respondetur. Et primo ubi dicitur: q̄ christus non venit solvere legem sed adimplere. Cum igitur ipse in lege mandauerit: honora patrem tuū et matrem tuam etc. Redendū est ipsum etiā matrē suam in hoc potissime honorasse: respondetur q̄ honoravit eam in quantum fuit conveniens: nō tamē tantū: q̄ ipse et hoc ex honorare et scipm. Nam dicere q̄ virgo maria esset equalis in gratia humanitati christi: esset ignominia ipsi christo. Secundū cum dicitur a talibus: q̄ augustinus dicit. Eius de peccatis agitur mentio: nolēam volo de beata virgine fieri mentionē intelligendum est de peccato actuali etiam veniali: a quo oīno immunis fuit. Tertio cū opponit: q̄ ecclesia dei permittit fieri solēntate de eius conceptione: qd̄ idē est ac si suberet: et etiā in curia romana fit tale festū p̄ papā et cardinales. Respondet: q̄ h̄c istud festū fortiaf̄ nomē cōceptionis: est potius festū de eius in vtero sanctificatione. Sed q̄ r̄ps sanctificationis est ignotū sub noīe et vocabulo cōceptionis agit festū de tali sanctificatione. Quibus autē celebratiōis festi principū fuit beatus anselm⁹ prior monasterij beceñ. postmodū cantuariensis archiepiscopus: propter miraculū qd̄ eidem apparuit: qd̄ tale fuit. Dū enim ipse tunc dicit monasterij prior: pro quibusdā vrgētibz ad partes britanie nauigasset: dispositisq̄ agēdis repatriaret: cōtingit tēpestate nimia exorta: et intumescēte p̄cella nauē periclitari. Et dū cūcti in discrimine nimio posset: oīq̄ spe hūana deserti diuinus adiutorū et beate virginis flagitare: potissime autē prior anselmus: qui beate dei genitricis fuerat singularis deuotus: subito concipiūt quendā mirabilis claritate fulgentē: pontificali habitu decoratū super yndas maris versus nauē ambu-

lando venire. Qui proximus nauē anselmū vocat: eūq̄ alloquitur: ut si periculū maris euadere cupit: et in patriā saluus redire: eidem promittat coram deo: q̄ festum conceptionis maris christi: annis singulis sollempniter celebraret: et celebrandū quibuscumq̄ poterit suaderet. Et cum ille de die festi et officio sciendo interrogasset: respondit: q̄. vi. idus decēbris festū illud celebrandū erat: quo die beata virgo concepta fuerat: et q̄ idem officium quo ecclesia vritur in eius natalitate: in hoc festo dicendū erat mutato solū nomine natalitatis in nomē conceptionis. Et cum prior de nomine nunciū interrogasset: respondit se esse Nisicolaum episcopus a beata dei genitrice pro tali reuelatione et eorū liberatione transmissum: mox anselmus iussa promissit: et voti interpositio cōfirmavit: statimq̄ sedata tēpestate et flante vento prospero ad patriā redierunt. Et sic ab eodē anselmo priore in monasterio suo: et deinde in ecclesia cantuariensi: cui presuit dictum festū celebrari cepit. Deinde in pluribus ecclesijs huiusmodi consuetudo inoleuit. Ut festū conceptionis beate virginis. vi. idus decēbris. et in kalendaris ascribatur et sollempni officio recolarur. **Historia hō cōceptionis beate Marie in festo eiusdem natalitatis scribetur.**

De sancto zenone episcopo Cap. xliij.



Zeno vero neni. episcopus et doctor clarus tēpore Balieni imperatoris. Qui a cumabilis sanctus ex eadez ciuitate oriundus in iuuentili etate monachus factus: deo sanctis operibz feruēbar: orans ad dñm: ut sibi aditū pdicandi in populis aperiret. Egressus aliquādo de monasterio ad piscandū vidit hominē in plastro bobus a demone arreptis precipitātibus per abrupta ad arthem flumē velocissime festinare: quos ille nullatenus poterat retinere. Scitū autē signo crucis edito diabolum a bobus effugauit: et boues retinuit: viulante demone et cōmināte qd̄ ad iniuriā sancti viri de bob⁹ eiecer: ad hoīes verādos transiret. Post modicū tēpus in ep̄m veronē. electus gregē domini verbo et exemplo pascebat. Post hec dū filia Balieni imperatoris ab eodē demone esset oppressa: et demon per os eius clamaret: inde non egressurū nisi zenone episcopus aduēret: misit imperatoris nuncios ad ipm requirendū. Quē missiveronā veniētes piscantē in flumine arthem repererunt. eūq̄ ad imperatorē inuētrāt negociū exponētes. Quos ille se precedere iussit: et ex eius rescarione tres pisces de dolio sumere concessit. Illi vero quattuor abstulerūt. Et dum eos ad

coquendū in cacabo feruētis aque posuissent
tribus piscibus decoctis: quartus subreptus
vltius in vase: ac si in flumine natabat: donec ipsi
redētes scō piscatori veniā petūt et furtū re-
stituunt. Quibus ille et piscē concessit et culpā
indulxit. Dum ergo romā ad palatiū imperato-
ris aduenisset: et demon per os puelle clamaret
se ibidem amplius manere nō posse: zeno a vir-
gine immundū spiritū eiecit: et coronā impera-
toris ab eodē sibi pro mercede traditā incōpa-
rabilis precij pauperib⁹ erogauit: atq; ab eodē
dem quōs xpianorū persecutore: licentiā ediffi-
cāde ecclesie in eius diocesi impetrauit. ¶ Re-
diens igitur zeno verbum dñi instanter predi-
cabat: libros et volumina cōpustabat: idola vbiq;
destruebat: et ecclesias fundabat: multitudines
quoq; populū ad xp̄m conuertebat. Quem et ci-
ues nimia dilectione reuerabantur. Sicq; si-
gnis et virtutibus clarus: ecclesia sua feliciter
gubernata: in pace migravit ad dñm. vi. idus
decebrib⁹ sepultus in monasterio suo: vbi et mul-
tiplicibus signorū virtutibus claret. ¶ Refert
Breg. in. iij. dialo. cap. xiv. quod uñ fluvius arhe-
sis maxima inundatione adeo creuisset: qd̄ ciui-
tatem verorū vsq; ad fenestras magnorū pala-
torū occupasset: excreescens aqua ad ecclesiam
beati zenonis deuenit: et apertis ianuis minime
introluit: et paulisper vsq; ad fenestras ecclesie
recto p̄tinās peruenit: sicq; stans aqua ecclesie
ianuas et fenestras clausit: ac si elementū liqui-
dū in partē fuisset mutati. Et cū multitudo
populū vtriusq; sexus intra ecclesiam repta fuis-
set: et fame ac siti deficere formidarēt: nec inde
egredi possent: ad ianuā ecclesie veniētis aquā
ad bibendū hauriebāt: que vt aqua hauriri pos-
serat: sed desuere vt aqua: non valebat. Oran-
tib⁹ autē populis aqua ad aluē suū decrescēs
reuerfa est: aliqua muri ciuitatis parte ex impe-
tu magno dirupta: et q̄ per aperta ecclesie ianuā
intrare nō valuit: firmissima vrbis munimēta
diminuit. hec gregorius. ¶ Scripsit autē hieue
nerādus antistes libros: de paciētia: pudicitia:
fide: spe: et charitate. iij. De iusticia tractatū. i.
De timore dñi. i. De spiritu et corpore. i. De eo
q̄ scriptū est. Cū tradiderit regnū deo et patri
tractatū. i. De edificatione dom⁹ dei a salomōe
expositiōne pulcherrimā. De continētia tracta-
tū. i. De baptisimo tractatus. iij. De natiuitate
dñi et maiestate tractatū. i. De hoc verbo. Attē
de tibi ne forte fiat. et. tractatū. i. De circūcisio-
ne tractatū. i. De ieiunio. iij. tempor. i. Super
ps. lxx. tractatū. i. De anaricia. iij. Super ge-
nes. viij. Super exod. ix. Super Esa. viij. Su-
per Dani. iij. Super iob. i. De festo pasche. viij.
De imitatione ad fontes. v. De somnio Jacob
sermonem. i. De vij. signis celi ad neophytos
tractatum. i. De fide. ij. Super Joñ. i. Super
historia susanne. i. De die dñico tractat⁹. ij. De
abrahā. ij. De natiuitate dñi. ij. Epistolā arca-

ij martyris tpe suo apud mauritaniam passi.
¶ De sancto Romarico ab-
bate. Cap. xliij.



Romarico abbas et

ait sigibertus: floruit tēpore he-
raclij imperatoris: et temporibus
sigiberti regis austrasiōrū et clode-
rici regis francoꝝ. Hic magnus
in palatio regis theodeberti renunciās seculo
factus est monachus in monasterio Lusouici:
sub amaro abbate. Quo humanis exēpro eidē
in abbacie regimie successit vitā miraculis cla-
rus. Existēs aliqui in oppido vofagi: vas quod
dā ficere qd̄ pridie fuerat mltis ex co potatib⁹
vacuatū: dū sitētib⁹ fratrib⁹ vinū desuisset: et
vñ apponeret nō adesset oratione facta diuini-
tus: repletū apportari iussit: et oibus eadē fice-
ra satiatis: de reliquo egrī quicūq; bibentes sa-
nabantur. ¶ Duz aliquādo se balneasse: eo de
balneo egresso puella leprosa ipsi balnei aqua
reperfa cōfestim a lepra mūdatur. Quēuit in
dño plenus sanctitate sexto idus decebrib⁹.

¶ De sancto Euryciano papa et
martyre. Cap. xlv.



Euryciano papa et

martyr: natione tuscus de ciui-
tate luna ex parte marino: mar-
co pape priō in episcopatu sa-
cessit: sed itē annis. viij. mensi-
bus. x. dieb⁹. iij. hic constituit
vt fruges none super altare benedicant sate et
vne solimodo. Hic scripsit papa per diuersa
loca. ecclesij. martyres manu sua sepeliuit. Et
hoc constituit: vt nullus fidelisū martyre sine co-
lombio aut dalmatica sepeliret: qui sub perse-
cutione aureliani imperatoris martyrio coronat⁹: et
sepult⁹ est via apia in cinsterio calseti. vi. idus
decebrib⁹. et cessauit episcopat⁹ diebus viginti.

¶ De sancto Euryciano con-
fessore. Cap. xlvi.



Euryciano confessor

floruit tēpore Constantini magni
imperatoris: de quo in priō libro
historie tripartite dicitur: qd̄ in bi-
thynta circa montē olympij mora-
batur: diuina repletus gratia in miraculis ostē-
dendis: cuius tpe quidā sparatus impatoris
et suspitione tyāmidis habita cōtra eū requi-
situs dū fugeret circa montē olympij repertus
grauibus vinculis astrict⁹ est. Quē ad preces
parentū sanctus cōfessor: oratione p̄missa: priō
quidē ianuis carcerū spore diuinitus apertis
a vinculis absoluit: deinde ad imperatorē accē-
dens: eius innocentis allegās et cōprobās eū-
dem plenus liberavit: eo qd̄ imperator sanctū
in maxima reuerentia haberet.

De sanctis in mēse decēbris occurrentibus Folio. x.

De sancto **D**acarto martyre. Cap. xlvij.

Alcarius martyr genere tybicus apud Alexandriam tempore decij martiriū passus est: qui cum a iudice multis verbis ad negandum fidem suaderetur: et eo maiori constantia christum profiteretur: vitius ad ultimum iubetur eturi: sicq; martyr efficitur. vi. idus decēbris. hec ado.

De sancta **L**eocadia virgine et martyre Cap. xlvij.

Leocadia virgo genere hispana et nobilis sub Dariano preside in ciuitate toletana passa est tēporibus diocletiani et maximiani imperatorum: que dum sacrificare idolis cōtēpserat: a iudice dira carceris custodia macerata: donec cogitaret qualiter eā grauito:ibus afficeret penis. Qui cum in emeritana vrbe beatā Eulaliā virginē et multos alios suos christi diuersis et excogitatis supplicijs iniremissit: et hec omnia Leocadia in carcere posita audiūssit: genibus in terra positis orās in confessione dñi impollutū xpo spū reddidit. vi. idus decēbris sepulta in eadem ciuitate.

De sancto **P**roculo episcopo et confessore. Cap. xlvij.

Roculus quartus episcopus Aeronē. claruit tempore maximini imperatoris: qui dum apud mediolanum degens christianos persequeret. Proculus persecutionē declinans extra mētia vrbis Aeronē. in pua cellula latitabat: greges domini sibi commissum sermone vt poterat reficiens et exemplo. Dum autē martyres christi firmus et rusticus ab anolino proconsule Aeronē. in carcere teni essent. proculus amodo senex desiderio martyrii flagrans se sponte gentilibus obtulit: ac christū professus ab eis deus vincus pōsuli presentat. Quēz ille delirum putans et pre nimia iam senectute amentia ductum solum abire permisit: qui a ministris colaphis et fustibus cesus extravrbis mētia pulsus ad suos rediit: dolens q̄ cum deus indignus martyrio iudicasset. Illi hō eum vti patrem gratissime receperunt. Deinde persecutione sedata: loca terre sancte visitauit: cura ecclie presbyteris suis commissa: reuersus autem dum venisset vngariam: barbam et comam prolixam minuere decreuit iuxta sacrorum canonū instituta. Et dñi esset in via fontem orādo de terra pduxit: quo in loco plures viatores viso miraculo conuersi sunt: et in ipso fonte baptizati. Ipse autē ibidem aqua eiusdem fontis perfusus barbam toto die et comā quodam hebeti ferro et rubiginoso sic

lenter ac si nouacula fuisset acuta. Inde q; Aeronā rediēs signis et sturib; clarus quieuit in pace. v. idus decēbris sepultus in ecclesia sua.

De sancto **S**yro epo et p̄fessore. Cap. l.



Syrus episcopus

discipulus beati Hermacore Aquile et gien. episcopi ab eodem ordi natus antistes papiam ciuitatem missus est ad predicandum inuento discipulo eides a sociato. Qui veniēs ad ciuitatē Aeronē. dñs syrū filiū cuiusdā nobilissime vidue defunctum sua oratione a mortuis excitasset: eandem dominā cum filio et familia et magna populi multitudine ad christum conuertit et baptizauit. Ingressi hō papiam multitudo populū audita signorum illius fama eidem occurrit: et vt eos errantes institutis salutaribus informaret: vnanimes acclamabant. Ipse hō eisdē verbū domini predicare cepit: et quicumq; eum tangebant egrorū: saluti sunt integerrime restituti. Sicq; cunctum populū ad fidem christi conuertit et baptizauit.

Sed postq; sancti martyres Bernasius et Probasius in ciuitate mediolanensi pro christo passi sunt: quidam iherberius christianus de reliquijs eorūdem martyrum beato Syro amicitabiliter detulit: quas ille deuore suscipiens multis in eis virtutibus visus est: deinde extra vrbis mētia ecclesiam in honore eorūdem martyrum fabricauit: in qua dum sepius celebraret: die quadā iudeus inter christianos ad cōmunionem accessit: vt sacram sumens eucharistiam luto deieceret. Sed mox vt eam ore suscepit clamoribus diris se ignem ore accepisse dicebat: cruciatuq; ardentissimos pati. Corpore autē domini a beato viro ex ore pphano resumpto: quod miraculose fauces nulla parte tangebatur: sed quāsi in aere pendebar. iudeus a cruciatu eripitur: et peccatē confitēs baptizatur. In ipsa etiā ecclesia beatus syrus discipulos suos Inuentum et Pompeium diacones Thysantum et fortunatum presbyteros ordinauit. Quosq; et villas p̄dicādo circūeā viri cuiusdam natum surdum et mutū ab vtraq; passione curauit. Et veniens ad ciuitatē brixien. puerulum obsessum a diabolo liberauit: et apud laudē. ciuitatem cecum quendam a natiuitate illuminauit. Sicq; in ipsa vrbe multos ad fidem conuertit. Deinde repariās persecutione christianorū exorta: dum pagani circūquaq; missi fideles opprimerent: venientes ad vrbem papiam christianos appetere. minime ausi sunt: eo q̄ multitudinē timuerunt. Sed dum blandis sermonibus Syrus ad sacrificia deorum mollire nitūtur: eiusdem predicatione versa vice ad dominum conuertuntur. Sicq;

b ij

multorum signorum gloria coruscans. lviij. annis
episcopatu tenuit: et plenius opibus annorum
cxiij. ad christum migravit. v. idus decembris. Sepul-
tusque est in ecclesia sanctorum Bernasij et prbasij
qua ipse construxerat et dedicauerat.

De sancto Lypriano abbate. Cap. lii.

Lyprianus abbas pe-
tragonice. apud eadem petrago-
rice ciuitate vir magnifice san-
citatatis et clarissimus in miracu-
lis. v. idus decembris: in domino
felicitate requirit: ibidemque sepul-
tus est: ut dicitur in martylogio adontis.

De sancto melchide papa et martyre. Cap. liij.

Melchides papa
natione apher eusebio in episco-
pato successit: et sedit annis liij.
mensibus. vi. diebus. xv. hic consti-
tuit nulla ratione die dominica aut
quinta feria ieiunium celebrandum:

quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium cele-
brabant. Et manichei ab eodem in urbe inuenti
sunt. Fecit quoque ordinationem unam mense decem-
bris. presbyteros. viij. diacones. x. episcopos per diuersa
loca numero. viij. Qui persecutione constantini im-
peratoris antequam fieret christianus martyrio coro-
natus: sepultus est in cimiterio calixti via apia
liij. idus decembris: et cessauit episcopus dies. xvi.
Ad uilitatem fidei plures edidit libros
aduersus gentiles. Item contra iudeos. Item
contra hereticos cathaphylgas volumen preci-
pui. Ad principes etiam romanos Marcum anto-
nium et Lucium verum librum apologeticum pro
christi religione conscripsit.

De sanctis Carpophoro et Abundio
martyribus. Cap. liiij.

Carpophorus presbyter
et abundio
dius diaconus apud hispaniam ci-
uitatem hispanie passi sunt sub
diocletiano et maximiano persecu-
tione agente preside mariano.
Qui ab eo comprehensi: primo sustibus celi sunt.
deinde in carcere pluribus diebus negato omni cibo
et potu reclusi. inde miraculose per angelum educti
sunt. Et dum christum populus annuntiarent: iterum tenti-
ora eorum lapidibus contusa sunt: post hec in equi-
leo leuati ac diutius torti: rursumque diu in car-
cere macerati. Nouissime in confessione fidei gla-
dio percussit. liij. idus decembris.

De sancta Eulalia regine et martyre. Cap. liiij.

Eulalia virgo in ci-
uitate barcinona puincia hispa-
nie martyrium passa est sub presi-
de datiano. Que a sancto dona-
to presbytero docta: et ad marty-

rium animata cum esset annorum. liij. a perfide deten-
ta ad sacrificia deorum compellitur. Et cum se solum
deo celi sacrificare diceret: et christum spiritum sibi
esse assereret: primo nodosis sustibus ex arbore
cum stirpibus raptis et politata cedit. Dehinc man-
illis oleo candenti profundis. Inde in massam
calcis uiue demersit. Et cum hec omnia constantius
superasset inussu datiani olla plumbo liquefacto
repleta: ipsa nuda super lectum ferreum extensa: ut
si deus immolare renueret: plumbo profundere-
ret: et ad christum oratione fudisset: plumbum manus
infundentium exurebat: uirgini autem tepidum
erat. Quam datianus rursus uirgis durissime
cedi: et fragmentis minutis restularum plagas eius
confricari iussit. Et cum ad hec omnia supplicia
reddere immobilis: et christum pro salute hominis
passum apertis rationibus comprobaret: deosque
gentium confutaret: fecit eam preses cadellis accen-
sis in genis exuri. Deinde sinapim aceto liques-
factum naribus eius infudit: necnon calcem oleo
permixtam super vulnera ipsius aspergit: et sic in ca-
minum succum immittit. Ubi dum profallendo in
medio flammarum maneret illisa: iussit eam datia-
nus inde educi ad confusionem eius nudatas et
decaluatam per totam ciuitatem circumduci. Deinde
extra urbis muros decollari. Cuius constantia
multi ad martyrium animati sunt. Er dum esset
decollata etiam de corpore eius quasi species co-
lumbae: que ad celos euolauit. Cuius corpus do-
natus presbyter sepeliuit. liij. idus decembris
in eadem ciuitate.

De sancta Iulia regine et martyre. Cap. liij.

Iulia uirgo apud ciui-
tatem eandem barcinone martyrium sub
eodem preside passa est. liij. idus decem-
bris. Que fuit conuivialis beate
eulalie et comes indiuidua: eideque ad passionem
properanti: propter quod ab eodem datiano in ipso
loco sine audientia decollata est: et a presbytero
donato sepulta: ut dicitur ado.

De sancto Damaso papa et confessore. Cap. liij.

Damasus papa huius
nois primus natione hispanus et pre-
sidentis felici pape secundo in episcopo
successit: et sedit annis. xvij. mensis
ij. diebus. x. et cum eodem ordinatus sub
persecutione uersus: et factus presbitero: consti-
tuerunt damasum: quod fortior et plurima populi mul-
tudo cum eo erat: uersus deo elegerunt ab urbe: et
constituerunt episcopum neapolim. Damasus in synodali
iudicio danauit liberum papam eius confessoris heretici:
et omnia facta eius cassauit. Huius sanctissimo
uero beatus hieronymus multa ecclesie religionis
scripta misit: et ad eius instantiam ipse hieronymus
officium in ecclesia romana celebrandum excepto ca-
tu composuit: psalterium per nocturnos diuisit: et

De sanctis in mense decēbris occurrētibus. Fo. xl.

